sitæ in Republica civitati nullam certam sedem, qua condi fingeretur, assignasse, quod sit optima simpliciter; at ei, de qua dicit in Legibus, concessisse Cretæ quandam regionem, quam describit iv. p. 704. B. Magnetum civitatem appellat viii. p. 848. D. ix. p. 860. E. xi. p. 919. D. xii. p. 946. B. p. 969. A. sed postremo loco ita, ut fictum nomen esse facile intelligas. Olim tamen Magnetas in Creta habitasse, qui posthac migrarunt in Asiam minorem et condiderunt Magnesiam ad Mæandrum, colligere licet ex collatis locis Plat. Legg. xi. p. 919. D. xii. p. 946. B. Strab. xiv. p. 943. Schol. Apollon. Argon. i. 584. Schol. Plat. Ruhnk. p. 234. quod fefellit Meursium in Creta sua. Locum, quem illi deseruerunt, Plato concedit huic reipublicæ. V. Legg. iv. p. 704. C. De hac igitur civitate ita disserit, ut duæ operis partes distingui possint, altera *generalis*, de universa reipublicæ institutione, usque ad v. p. 734. E. altera *specialis*, in qua singulæ leges recensentur; utraque habet quandam confusionis speciem, sed in qua confusione, quod aiunt, *τάξις ἄτακτος καὶ ἀταξία ποιάν τινα περιλαμβάνει τάξιν*. Et in prioribus quidem libris, quos nunc solos curamus, disputatur de variis civitatum institutis secundum ordinem virtutum, ad quas pertinent: itaque primi libri parte priore de iis, quæ ad *fortitudinem*, inde usque ad finem l. ii. de iis, quæ ad *temperantiam*, et l. iii. de iis, quæ ad *prudentiam* spectant, exponitur: quod fortasse difficilius erat invenire, nisi ipse Plato i. p. 632. E. significasset. Jam de *personis* equidem nihil certi reperio, et videntur Cliniæ et Megilli nomina ficta potius quam vera esse, ac propter id tantum assumpta, quod aptum ad rem Platoni videbatur Cretensem et Laconem de legibus loquentes inducere: quapropter etiam *ἠθοποιΐα* prope omnis neglecta est, exceptis paucis iisque tectioribus, quibus quodammodo pinguntur Laconis mores et indoles. Sic i. p. 626. C. in verbis Megilli, *πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀποκρίναιτο, ὦ θεῖε, Λακεδαιμονίων γε ὁστισοῦν*; non solum *ὦ θεῖε* Laconismum redolet, de quo v. Schol. h. l. Menon. p. 99. D. de Virt. p. 379. D. Aristot. Eth. Nicom. vii. 1. sed et *Λακεδαιμονίων ὁστισοῦν*: certe idem i. p. 633. B. *ἔγωγ' εἴποιμ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίων ὁστισοῦν*. Mox p. 642. C. Laco inquit: *ὡς ἡ πόλις ὑμῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔφασαν, ἡμᾶς οὐ καλῶς ἢ καλῶς ἔῤῥεξεν*: in quo Laconicorum puerorum scommate illud *οὐ καλῶς ἢ καλῶς ἔῤῥεξεν*, prorsus abhorret ab Attico usu, notante etiam H. Stephano Thes. L. Gr. t. iii. p. 672. F. *Ῥέζειν καλῶς, κακῶς, καλὰ, κακὰ* etc. Homericum et Pindaricum est. V. Il. Γ. 354. Od. Σ. 15. Ψ. 56. Pindar. Olymp. ix. 142. Pyth. ix. 171. Quare prorsus persuasum habeo, e Laconico Dorismo illud Platonem arripuisse. Scabrum, confusum, maxime brevem passim Megilli sermonem esse taceo. Sed hoc utut est, rectissime de Platone dicit Basilius M. Epist. clxvii. Opp. t. iii. p. 187. D. *Ὅπου δὲ ἀόριστα πρόσωπα ἐπεισάγει τοῖς διαλόγοις, τῆς μὲν εὐκρινείας ἕνεκεν τῶν πραγμάτων κέχρηται τοῖς προσδιαλεγομένοις· οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπεισκυκλεῖ ταῖς ὑποθέσεσιν· ὅπερ ἐποίησεν ἐν τοῖς Νόμοις.* Postremo *hospes Atheniensis* quinam sit, a multis est quæsitum. In scholio collectionis Ruhnk. p. 214. quod referendum est, ni fallor, ad Georgium Gemistum, ex cujus Commentario Ms. in Legg. i. excerptas arbitror esse uberiores in eum librum annotationes, in illo igitur scholio e Legg. v. p. 739. B. colligitur esse Platonem, quod ibi a se jam antea Rempublicam scriptam hospes dicat esse: absurdius commentum, quam in quo refutando ponam operam. Attamen esse Platonem ipsum idcirco arbitreris, quod si alius quicunque significaretur, nominatim productus esset probabiliter: sin inducere sese ipsum volebat, melius id fiebat suppresso nomine. Nobiscum facit Cicero Legg. i. 5. contra Aristoteles Polit. ii. 4. p. 77. et recentiorum plerique Socratem vocant; quod mero fit errore: quippe in Creta colloquium agitur, quam nunquam Socrates viserat; nec ulla causa fingi aut excogitari potest, cur Socratis personam toties suo nomine proditam nunc celaverit. Ceterum lepidissimum omnium est, quod Fabricius B. Gr. t. iii. p. 101. ed. Harl. Salvianum Socrati Leges ait tribuere: quem de colloquente in Republica Socrate dicere, ei qui legit Platonem, primo liquet adspectu.

Quo minus autem colloquentes inter se personæ sunt definitæ, eo minus de certo quodam *tempore*, quo *peroratos* de Legibus dialogos *finxerit*, est cogitan-

τῶντος πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἑκάστοτε συνουσίαν δι' ἐνάτου[b] ἔτους καὶ κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου φήμας ταῖς πόλεσιν ὑμῖν[c] θέντος τοὺς νόμους;

CODICES SEPTEM,
A Ξ Ω v f h r.

[a] ξένοι v.—[b] ἐννάτου s.—[c] ἡμῖν r.—[d] δ' rfhr.—[e] ἐν τοῖς τοιούτοις f.—[f] νομικοῖς

dum: quod video facere Hemsterhusium ad Lucian. Timon. t. i. p. 347. Bip. Et vereor, ut quidquam reperias, unde tempus illud exputes: nisi quod paucis diebus ante æstivum solstitium, qui dies est viii. Julii, agi colloquium dicitur iii. p. 683. C. quod cur statueret, plures haud dubie erant causæ, quas exquirere fortasse non fuerit nostrum. Multo tamen gravior quæstio est, *quando scriptum* opus sit: quam certioribus rationibus licet complecti. Etiamsi enim Aristoteles Polit. ii. 4. p. 76. post Rempublicam compositum non tradidisset, tamen comparata utriusque libri indole clare agnosceretur: quippe illa amplo, copioso, ornato, hoc modico, subtili, temperato, humili genere scriptum est; illam poema quam prosarium opus potius dixeris, vel certe mediam inter poesin et pedestrem sermonem: hoc habet quidem succum aliquem, ut Cicero ait, neque tamen plurimum sanguinis, et integram valetudinem, nec tamen juvenilem sed eam, qua senectus gaudeat vegeta. Orationis et sententiarum tenor in hoc summissior, etsi passim assurgit paullulum; humi tamen serpit, quum in divina Republica auctor *sublimi feriat sidera vertice.* Cur autem in Legibus jam non cœlum tangat, requiris? Ipse respondet ii. p. 657. D. dicens, ἐπειδὴ τὸ παρ' ἡμῖν ἡμᾶς ἐλαφρὸν ἐκλείπει νῦν: ac minime dubito, quod senex passim Atheniensis hospes dicatur esse, (vid. i. p. 625. B. p. 634. D. iii. p. 685. A. iv. p. 715. D. vi. p. 769. A.) inde venisse, quod ipse Plato, quum scriberet, esset senex: id quod etiam Plutarch. de Isid. et Osir. p. 370. E. testatur. Quid mirum igitur, si graviore, ut senem decet, stilo leges suas exaraverit, veluti si quis æreis tabulis insculpat? Quid mirum, si ea ætate artem philosophandi potius quam verborum elegantias consectatus sit? Ipse ait i. p. 627. C. καὶ οὐκ ἂν εἴη γε πρέπον ἐμοί τε καὶ ὑμῖν, ἐν τούτῳ ὀνόματα θηρεύειν (ita enim legendum docebo), ὅτι νικώντων μὲν τῶν πονηρῶν ἥ τε οἰκία καὶ ἡ ξυγγένεια αὕτη πᾶσα ἥττων αὐτῆς λέγοιτ' ἂν, κρειττων δὲ ἡττωμένων. οὐ γὰρ εὐσχημοσύνης τε καὶ ἀσχημοσύνης ῥημάτων ἕνεκα τανῦν σκοπούμεθα πρὸς τὸν τῶν πολλῶν λόγον, ἀλλ' ὀρθότητός τε καὶ ἁμαρτίας πέρι νόμων, ἥτις ποτέ ἐστι φύσει. Jam vero ut accuratius definiam tempus, post Ol. cvi. 1. demum, h. e. post annum ætatis lxxiv. Leges compositæ sunt, ut apparet e memorata (i. p. 638. A.) Syracusiorum, h. e. Dionysii minoris victoria de Locrensibus. Cf. Bentlei. Resp. ad Boyl. p. 191. ed. Lennep. Quæ ratio eo est firmior, quo probabilius est, repetitam recensionem, quam alias in scriptis suis exercuisse Platonem, animadvertit Wolf. Prolegg. ad Hom. p. cliii. non esse adhibitam huic libro: plura enim vestigia licet deprehendere moventia suspicionem, nec absolutum esse nec expolitum, nec ultimam ei a scriptore manum admotam. Quid quod ne editum quidem a Platone, sed ab amico ejus ac discipulo, Opuntio Philippo transscriptum e ceris et publicatum tradunt veteres apud Diog. L. iii. 37. Suidam v. *φιλόσοφος* et inde Eudociam p. 425.? Nam apud Suidam voci *φιλόσοφος* præfigenda verba *Φίλιππος Ὀπούντιος*: quæ posteaquam perierunt, totum caput, quod multo olim superiorem locum tenuisse necesse est, ut servaretur ordo alphabeticus, sede sua videtur motum esse. Sed de hoc saltem ex parte ab aliis est monitum. Ipsam autem illam famam non habeo cur in dubium revocem: quamquam certo scio falsum esse, quod ab eodem Philippo primum in libros Platonis Leges divisas esse ibidem Suidas narrat. Non multo tamen post Platonis obitum editas esse Leges, verisimile est ex iis, quæ disputavit Schneiderus Præf. ad Cyrop. p. xiv.

Huc quoniam semel deveni, pauca dicam de Epinomide, quam additam ab Opuntio Philippo tradunt Diog. L. et Suid. ll. cc. Sane ea est illius dialogi a Platonis ingenio et indole discrepantia, ut non modo Franc. Patritius Discuss.

ΚΛ. Λέγεται γὰρ οὕτω παρ' ἡμῖν· καὶ δὴ καὶ τὸν ἀδελφόν γε αὐτοῦ Ῥαδάμανθυν, ἀκούετε γὰρ τὸ ὄνομά, III. ii. 180.

Perip. p. 225. et p. 251. ac Sallierius Hist. Ac. Inscr. t. iii. p. 143. sed ipse Anglus interpres Taylorus, cetera minime criticus, Vers. Opp. Plat. t. ii. p. 387. spuriam judicarint. Quamquam Sallierius fallit, quum perfectum de Legibus opus et superfluam Epinomida censet esse: nam ejusmodi scriptum ipse Plato promittit Legg. vii. p. 818. E. nec absoluta est disputatio de institutione τοῦ νυκτερινοῦ συλλόγου, quæ ipsa institutio pertractatur in Epinomide: ut dubium non sit, ex Platonis consilio esse additam, sive illud e Legg. l. c. auctor cognoverit, sive ex ipsius ore philosophi, cujus amicus fuit, coram exceperit. Egregie etiam argumentum Epinomidis convenit cum Philippi scriptis, quorum indicem Suidas servavit: nam illi insunt plurima geometrice, arithmetice, harmonice, astronomice, physice dicta; in hoc autem recensentur libri περὶ τῆς ἀποστάσεως ἡλίου καὶ σελήνης, περὶ χρόνου, περὶ ἐκλείψεως καὶ περὶ μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης καὶ γῆς α', quod respicit Stob. Ecll. Phys. p. i. t. ii. p. 558. Heeren. περὶ ἀστραπῶν, περὶ πλανητῶν, Ἀριθμητικὰ, περὶ πολυγόνων ἀριθμῶν, Ὀπτικῶν β', Ἐνοπτικῶν β', Κυκλιακὰ, Μεσότητες. Et eximium mathematicum fuisse testatur etiam Proclus in Euclid. ii. p. 19. Φίλιππος δὲ ὁ μεταῖος Πλάτωνος ὢν μαθητὴς καὶ ὑπ' ἐκείνου προτραπεὶς εἰς τὰ μαθήματα, καὶ τὰς ζητήσεις ἐποιεῖτο κατὰ τὰς Πλάτωνος ὑφηγήσεις, καὶ ταῦτα προὔβαλεν ἑαυτῷ ὅσα ᾤετο τῇ Πλάτωνος φιλοσοφίᾳ συντελεῖν. οἱ μὲν οὖν τὰς ἱστορίας ἀναγράψαντες μέχρι τούτου προάγουσι τὴν τῆς ἐπιστήμης ταύτης τελείωσιν. Corruptus est ὁ μεταῖος iste: reponendus ὁ Ὀπούντιος. Quæ emendatio si cui videatur audacior, is mendosissimum librum cogitet esse. Ita in eadem pag. legitur ὁ Κυζικῖνος Ἀθηναῖος: at Proclus scripsit ὁ Κυζικηνὸς Τιμόλαος, qui memoratur apud Diog. L. iii. 46. Et ibidem post verba Οἰνοπίδης ὁ Χῖος delenda sunt hæc, ὁ τὸν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμὸν εὑρὼν καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος, repetita ex seqq. Hæc, ut dixi, in eadem pagina; ne leviora enumerem. Quid autem si ne Proclus quidem Epinomida ad Platonem retulit? qui in Euclid. i. p. 12. πάλιν ἐκεῖνα θεωρήσομεν, ait, ὅπως ὁ Πλάτων θριγκὸν τῶν μαθημάτων ἐν Πολιτείᾳ τὴν διαλεκτικὴν προσείρηκε, καὶ ὅστις ὁ σύνδεσμος αὐτῷ νοητὴν ἐπινομίδη συνθεὶς καὶ παραδίδωσι. Locus corruptissimus, quamobrem jam Sim. Grynæus asterisco notavit. Emendo certissime: καὶ ὅστις ὁ σύνδεσμος αὐτῶν, ὃν ὁ τὴν Ἐπινομίδα συνθεὶς καὶ παραδίδωσι. Illud αὐτῶν plane est necessarium. Sic paullo post: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα διήκει διὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα τῇ κοινῇ φύσει τῶν μαθημάτων. ἀλλ' ὡς ἡμεῖς ἂν φαῖμεν, προσεχὴς μέν ἐστιν αὐτῶν σύνδεσμος κ. τ. λ. Respicitur Epinom. p. 991. E. Ἀνάγκη γὰρ τό γε τοσοῦτον φράζειν· πᾶν διάγραμμα ἀριθμοῦ τε σύστημα καὶ ἁρμονίας σύστασιν ἅπασαν, τῆς τε τῶν ἄστρων περιφορᾶς τὴν ὁμολογίαν, οὖσαν μίαν ἁπάντων ἀναφανῆναι δεῖ τῷ κατὰ τρόπον μανθάνοντι. ἀναφανήσεται δὲ, ἂν, ὃ λέγομεν, ὀρθῶς τις εἰς ἓν βλέπων μανθάνῃ. δεσμὸς γὰρ πεφυκὼς πάντων τούτων εἷς ἀναφανήσεται διανοουμένοις. Nec in editis Procli scriptis laudatam usquam Epinomida reperi, etsi alias permagni habetur ab recentioribus Platonicis, ut a Ficino, Serrano, Tayloro, aliis. At externa, fateor, hæc argumenta sunt, quibus ejus infirmare auctoritatem studui: tamen ex ipso petita dialogo non prætermisi, quod suppetebant nulla; sed quod opportuno magis loco censui reservanda.

Magna pars hominum non uniuscujusque rei dignitatem præstantia et utilitate metiuntur, sed ducuntur splendido aliquo titulo, raraque inprimis consectantur. Videlicet quæ merces magno numero venales sunt, quamvis pretiosæ, viles habentur copia sua: at si qua pauca e multis, quæ periere dudum, supersunt, iis desiderio eorum, quæ periere, cumulus accedit gratiæ. Tali commendatione Plato non indiget; tamen nescio an de Legibus opus propter id ipsum sit cupidius amplectendum, quod nihil quidquam id genus, eo excepto, e Græca antiquitate servatum integre sit, unum omnium de lege librorum ætatem tulerit. Neque enim quisquam, credo, erit, qui nulla præterea putet de re gravissima scripta condidisse Græcos: qui, ut summos habuerunt legislatores, ita rem civilem inde a Pythagora philosophis rationibus comprehendere conati sunt, et multo etiam ante peregrinas terras peragrarunt, ut varias gentium consuetudines et instituta vitæ cognoscerent. Non in-

II. 625. *δικαιότατον γεγονέναι. τοῦτον οὖν φαῖμεν ἂν ἡμεῖς γε οἱ Κρῆτες ἐκ τοῦ τότε διανέμειν τὰ περὶ τὰς δίκας ὀρθῶς τοῦτον τὸν ἔπαινον αὐτὸν εἰληφέναι.*

commodum autem videtur recensere eos de lege scriptores, quorum ad nos pervenit notitia: unde conjectura fieri possit de universa mole natorum in Græcia voluminum, quæ non modo ad civilem doctrinam, sed speciatim ad leges pertinerent. Et primum quidem *philosophos ea de re libros*, ex quibus præstantissimum est indubie hoc Platonicum, quamobrem etiamnum est in manibus, deinde vero *historica commentaria*, ordine temporum commemorabo; quæ quidem ipso nomine significent, se non tam ad respublicas spectare, ut v. c. Aristotelis et Pontici Heraclidæ Politiæ, quam ad instituta legesque populorum et civitatum.

Primus philosophorum, qui de lege scripsit, quantum equidem sciam, est Ocellus Lucanus *περὶ νόμω καὶ βασιληΐας* apud Archytam sive quisquis est auctor epistolæ apud Diog. L. viii. 80. ex quo libro fragmentum recitat Stob. Ecll. Phys. p. i. t. i. p. 338. quod nollem Heerenio p. ii. t. ii. p. 206. suspicionem movisset, Ocellum in eo de lege naturæ disputasse; neque enim additum *καὶ βασιληΐας* eam conjecturam admittit. Democriti autem *νομικὰ αἴτια* apud Diog. L. ix. 49. dubium est ad legislationem an physicam doctrinam pertinuerint. Sequuntur Archytas *περὶ νόμω καὶ δικαιοσύνας* apud Stob. Ecll. Eth. xli. p. 267. p. 268. xliv. p. 314. ad quod scriptum Menagius male refert Archytæ modo laudatum locum: item Crito et Simon Socratici *περὶ νόμου* apud Diog. L. ii. 121. 122. Antisthenes Cynicus *περὶ νόμου ἢ πολιτείας* et *περὶ νόμου ἢ περὶ καλοῦ καὶ δικαίου* ib. vi. 16. Speusippus Academicus *περὶ νομοθεσίας* ib. iv. 5. Xenocrates, ejus successor, *περὶ δυνάμεως νόμου* ib. 12. Aristotelis memorantur *τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος γ'* apud Diog. L. v. 22. vel saltem *β'*, ut tradit Anonymus in vita ejus; præterea *Νόμων δ'* apud Diog. l. c. 26. quamquam Anonymus habet *Νομίμων*. Ex hoc opere videntur esse singulares Aristotelis leges, quotquot passim citantur: ut *νόμοι συμποτικοὶ* apud Athen. v. p. 186. B. si modo genuini erant; *νόμοι ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς* apud Anonym. *συσσιτικὸς* sc. *νόμος* apud Procl. in Polit. p. 350. unde quidam Convivium Aristotelis exsculpsit. Gnathænæ meretricis *νόμον συσσιτικὸν* affert Athen. xiii. p. 585. B. Corrigendi autem ex his locis videntur Diogenes et Anonymus, qui *νόμον συστατικὸν* habent. Cf. Conring. in Aristot. Polit. p. 575. Accedunt Heraclidæ Pontici *περὶ νόμων* apud Diog. L. v. 87. ix. 50. Cic. Legg. iii. 6. quem locum male intellexit Ernesti Clav. Cic. v. Heraclides; Theophrasti *Νόμων κατὰ στοιχεῖον κδ'* apud Diog. L. v. 44. quod opus videtur mixti ex philosopho et historico argumenti fuisse, et citatur frequentissime, v. c. Cic. Finn. v. 4. Digest. i. 3. 3. 6. Stob. Ecll. Eth. iii. p. 40. xxxvii. p. 220. xlii. p. 280. lxx. p. 441. Procl. in Polit. p. 350. Poll. viii. 52. x. 19. Harpocr. et Suid. multis locis. Adde quæ habet præterea Menag. ad Diog. l. c. Ibidem Laertius meminit ejusdem *Νόμων ἐπιτομῆς ι'*, et *περὶ νόμων α'*, *περὶ παρανόμων α'* ib. 47. Apud Schol. Plat. Ruhnk. p. 242. laudatur *Θεόφραστος ἐν Ἐπτανόμῳ*. Aristoxeni *δεκάτη παιδευτικῶν νόμων* citatur apud Diog. L. viii. 15. *πολιτικῶν νόμων ὄγδοος* apud Athen. xiv. p. 648. D. ac fortasse ejusdem *σύμμικτοι συμποτικοὶ* apud Athen. l. c. p. 632. A. et ipsi sunt *νόμοι*. Jam vero Demetrius Phalereus non solum ipse plura scripsit huc spectantia, ut *περὶ νόμων α'* et *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας ε'* apud Diog. L. v. 80. ubi v. Menag. et apud Suid. v. *παράστασις* et *σκαφηφόρος*, Cic. Legg. ii. 25. iii. 6. Finn. v. 19. qui libri mixti argumenti erant, ni fallor, ut Theophrasti; sed et Ptolemæo Soteri auctor fuit civilium scriptorum colligendorum, unde origo repetenda Alexandrinæ bibliothecæ. V. Plutarch. Apophth. Regg. p. 189. D. Is. Casaub. ad Diog. L. v. 78. Periz. ad Ælian. V. H. iii. 17. Catalogos legum in ea servatarum confecit Callimachus. V. Fragmm. Callim. p. 353. ed. Græv. Ultimo loco apponendi Stoici. Zeno Cittieus *περὶ νόμου* est apud Diog. L. vii. 4. ex quo libro indubie sunt illa apud Cic. N. D. i. 14. 'Zeno autem—naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria:' unde etiam Legg. i. 6. Cicero profecit. Eadem fere Græce habent Clem. Alex. Stromm. i. p. 151. 37. et Stob. Ecll. Eth. xlii. p. 278. 38. sine auctore. Sequuntur Perseus, qui edidit *πρὸς τοὺς Πλάτωνος Νόμους*

ΑΘ. Καὶ καλόν γε τὸ κλέος υἱεῖ τε Διὸς μάλα πρέπον. ἐπειδὴ δὲ[d] ἐν τοιούτοις[e] ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς[f] σύ

ἕπτα Diog. L. vii. 36. Herillus, cujus Νομοθέτης memoratur ib. 166. Cleanthes περὶ νόμων ib. 175. Sphærus περὶ νόμου ib. 178. Chrysippus περὶ νόμου apud Plutarch. de Stoicc. Repp. p. 1037. F. Digest. i. 3. 2. Ejusdem Νόμους laudat Epiphan. Compend. fid. nescio an ab illo libro diversos. Agmen claudat nobilis homo, Diogenes Babylonius, cujus πρῶτον τῶν Νόμων excitat Athen. xii. p. 526. D. Nam prætermitto recentiores Sophistas, v. c. Dionem Chrysostomum, qui declamationes de lege composuerunt.

De historicis super legibus gentium commentariis, quæ ut plurimum Νόμιμα vocantur, egit Wower. de Polym. c. ix. emendatus ab Jonsio S. H. P. i. 16. p. 49. Nos quoque pauca de iis nunc dicemus, etsi non solum leges et instituta populorum, sed omnino omnem vitæ sectam et rationem descriptam in iis esse scimus; addemus autem etiam alios nonnullos, qui quidem huc spectant, scriptores. Primus ejusmodi scriptor Hellanicus est Lesbius, cujus βαρβαρικὰ νόμιμα citant Porphyrius apud Euseb. Præp. Ev. x. p. 466. B. Suid. et Etym. M. v. Ζάμολξις. Cf. Sturz. Fragmm. Hell. p. 13. et p. 63. qui occupavit quidquid commentatus eram in rem eam. Is potest notari pro exemplo impudentissimi plagiarii, qui ne ab æquævis quidem abstinuit fraudulentas manus. Aristotelis νόμιμα βαρβαρικὰ laudant Varro de L. L. vi. p. 76. Scalig. Apollon. Dysc. Mir. Hist. c. 11. et Anonymus in vit. Aristot. apud Menag. ad Diog. cujus operis partes fuisse probabile est νόμιμα Ῥωμαίων apud eundem et Τυρρηνῶν νόμιμα apud Athen. i. p. 23. D. Theophrastus edidit νομοθετῶν γ′ apud Diog. L. v. 45. ex quo libro indubie hausta illa sunt apud Cic. Legg. ii. 6. Dioscorides, Isocratis discipulus, scripsit περὶ νομίμων (v. Schol. Aristoph. Av. 1283. Suid. v. σκυτάλη) et περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ νόμων (Suid. v. Ὅμηρος coll. Athen. i. p. 8. E. ubi v. Casaub.) Videtur tamen in Suidæ loco reponendum esse νομίμων, ut τὰ παρ' Ὁμήρῳ νόμιμα sint pars operis Dioscoridei περὶ νομίμων. Theodectæ, qui fuit Aristotelis æqualis, νόμιμα βαρβαρικὰ affert Suid. v. Θεοδέκτης; Callimachi idem v. φάσηλος, Apollodori περὶ νομοθετῶν β′ Diog. L. i. 58. Hermippi Callimachii Smyrnæi, de cujus ætate v. Voss. H. Gr. i. 16. libros περὶ νομοθετῶν Athen. iv. p. 154. D. xiii. p. 555. C. xiv. p. 619. B. ubi est l. vi. Joseph. c. Apion. i. 22. Orig. c. Cels. i. p. 13. Porphyr. de Abst. iv. 22. Sequuntur, ne quem omittam, Judæus Aristobulus, Peripateticus, qui de populi sui legibus Græce scripsit ad Ptolemæum Philometorem (v. Clem. Alex. Stromm. i. p. 148. v. p. 254. vi. p. 268. Euseb. Præp. Ev. vii. p. 323. viii. p. 375. ix. p. 410. D. xiii. p. 663.) et ultimus certæ ætatis in hoc genere scriptor Telephus, Grammaticus Pergamenus, Hadriani temporibus, qui commentatus est περὶ τῶν Ἀθήνῃσι νόμων καὶ ἐθῶν. V. Suid. v. Τήλεφος. Nam quod Cleanthes et Posidonius ab Wowerio habentur in numero scriptorum Νομίμων, merus error est. Incerta autem ætas est Harmodii Lepreatæ περὶ τῶν κατὰ Φιγαλίαν νομίμων apud Athen. iv. p. 148. F. x. p. 442. B. xi. p. 465. E. p. 479. D. Nymphodori Amphipolitani, cujus Νόμιμα Ἀσίας laudat Clem. Stromm. i. p. 139. et inde Euseb. Præp. Ev. x. p. 499. D. βαρβαρικὰ νόμιμα vero Clem. Protr. p. 19. et Schol. Soph. Œd. C. 329. et hic quidem librum xiii. postremo Pyrgionis, cujus Κρητικὰ νόμιμα excitat Athen. iv. p. 143. E.

Non dubito fore, qui Græcorum in hoc litterarum genere auctorum notitiam aut omittendam plane, aut siquidem commodus locus fuerit, certe majori tum eruditione tum diligentia conquirendam, et delineantium universum ejus doctrinæ apud Græcos progressum luminibus sententiarum censeant illustrandam fuisse. Ii cogitent, pro inchoata rem a nobis, non pro absoluta haberi; verumtamen satius esse visum, non absolvisse eam, quam non inchoasse. Tametsi plura, quæ forsan desiderabuntur, brevitatis causa delevi dudum perscripta in schedis meis. Sed jam diutius commoratus sum in iis, quæ sunt quasi præfaminis loco: quibus jam excussis, age in tribus prioribus libris ejus, quod dixi, Platonici operis experiamur emendatricem criticam: saltem ut potissima de iis menda tollantur: nam omnia, quæ quidem animadverterimus, etiam levissima et minutissima corrigere, tam hic quam in Minoe plane est alienum ab nostro proposito. Boeckh. p. 64—83.

§. 1. ὑμῖν] Legitur etiam ἡμῖν: sed

τε καὶ ὅδε, προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς[g] περί τε[h] πολιτείας τὰ νῦν καὶ νόμων τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ

rectius ὑμῖν, quod hic sonat *vestro judicio*. Steph. Ἡμῖν legit Bas. 2. quod utique præferam. Nam hic quæritur, quis legum *humano omnino generi* ferendarum auctoritatem sibi vindicaverit. Stephani certe explicatio nimis longe petita videtur. Bip.

ὑμῖν] Sic Ald. et Lovan. assentiente Ficino, qui vertit: *Deumne an aliquem hominum, o hospites, condendarum legum causam existimatis?* (Fallitur Gottleber l. l. Ficinum dicens vertere *apud nos*; confundit enim ὑμῖν h. l. cum sequente παρὰ ἡμῖν). Bas. 1. et 2. exhibent ἡμῖν, quod recte Steph. reprobat; spectat enim ὑμῖν ad Cliniam Cretensem et Megillum Lacedæmonium; quocirca sequitur: παρὰ μὲν ἡμῖν (i. e. apud Cretenses) et παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις, ὅθεν ὅδ' ἐστὶν (Megillus). Ast.

ὑμῖν εἴληφε κ. τ. λ.] *Apud vos gloriam consecutus est legum conditoris* s. vos legum auctorem perhibetis. Nota sunt αἰτιᾶσθαι et αἰτίαν ἔχειν, etiam in bonam partem usurpari solita (vid. Wernsdorf. ad Himer. p. 211. sq. Valckenar. ad Herodot. p. 492. et nostra ad Platonis Polit. iv. 11. p. 435. E.). Ita enim λαμβάνειν τὴν αἰτίαν (proprie *insimulari*, ut apud Thucyd. ii. 18. αἰτίαν δὲ οὐκ ἐλαχίστην Ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ. vi. 60. ὑπόπτης ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας.) sæpenumero est: *auctorem alicujus rei dici* s. censeri, adjuncta laudis et gloriæ cujusdam significatione (sic Himerius Sophist. xiv. 1. p. 608. τῆς μὲν οὖν Φιλοκτήτου νίκης— Ὀδυσσεὺς ἐλάμβανε τὴν αἰτίαν παρ' Ἕλλησι). Quemadmodum enim h. l. εἴληφε τὴν αἰτίαν legitur, sic infra Minos dicitur τοῦτον τὸν ἔπαινον εἰληφέναι. Ast.

παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις] Post hæc verba, quæ excipere debebat Ἀπόλλων, ὡς οἶμαι, orationis structura mutatur, perinde ac si præcesserit κατὰ δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους (*quod vero ad Lacedæmonios attinet*). Ast.

θεὸς—θεὸς] De repetitione (ἐπιζευξει) vid. Dorvill. ad Charit. p. 311. et nostra ad Platon. Phædr. p. 273. ibique citatis addere potes, si tanti putes, hæc: Æschyl. Prom. 338. Αὐχῶ γὰρ, αὐχῶ. Gorg. Encom. Helen. t. viii. p. 101. ed. Reisk. ἦλθε γὰρ, ἦλθε (ἔρως) τύχης ἀγρεύμασιν, οὐ γνώμης βουλεύμασι. Demosth. Olynth. ii. p. 20. t. i. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα—δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι. Philipp. i. p. 43. πότ' οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε, ἃ χρὴ, πράξετε; p. 45. εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ. 53. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἕνα ἄνδρα ἂν δυνηθῆναί ποτε ταῦθ' ὑμῖν πρᾶξαι ἅπανθ', ὅσα βούλεσθε. De Chersones. p. 104. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι. Philipp. iii. p. 120. ἦν τι τότ', ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Philipp. iv. p. 137. καὶ ἴσως ἂν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι— οὕτως αὖ ἐκεῖνος φροντίσαι κ. τ. λ. p. 146. ἀνάγκη γὰρ, ἀνάγκη πολλὰ λυπηρὰ ἐκ τοῦ πολέμου γίγνεσθαι. Philostrat. Heroic. p. 64. ὁρῶνται δὴ—ὁρῶνται ἔτι. p. 194. γέγονε γὰρ, ξένε, γέγονε ποιητὴς Ὅμηρος. Ast.

φάναι] Ante vel post φάναι opus est particula ἂν, ut significare possit *dicturos esse*. Steph. Scilicet Ficinus vertit: *Apollinem dicturos istos existimo*. Sed ἂν non opus esse censeo; solent enim Græci post verba judicandi, cupiendi, dicendi, sperandi al. etiam aoristum et præsens tempus simpliciter ponere, ubi futurum exspectabas; vid. Thom. Mag. p. 159. sq. Sensus est: *Lacedæmonii vero, ni fallor, Apollinem dicunt* (legum suarum auctorem perhibent).—Ceterum Apollo dicitur legum auctor Lacedæmoniis fuisse, sicuti Jupiter Cretensibus (vid. c. 6. p. 632. D.) propterea quod Lycurgus, Lacedæmoniorum legis lator, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit: (vid. Herodot. i. 65. sq. Polyb. x. 2. Strabo x. t. iv. p. 291. xvi. t. vi. p. 363. ed. Tzschuck. Plutarch. vit. Lycurg. p. 42. B. Euseb. Præp. Ev. v. p. 224. Cicero de Divinat. i. 43. Valer. Maxim. i. 2. extern. Justin. iii. 3. Cf. Meurs. Miscell. Lacon. ii. 5. in Gronov. Thesaur. Gr. Ant. t. v. p. 2367. sq.) Minos autem Jovis Cretensis (Nemesius de Nat. Hom. c. 39. καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐπιγράφεται νομοθέτας· ὡς Κρῆτες μὲν τὸν Δία, Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀπόλλωνα). Hanc ob causam c. 7. Minos vocatur ὁ Διὸς νομοθέτης et Lycurgus ὁ Πυθικός. Ast.

καθ' Ὅμηρον] Respicitur Odyss. xix. 178. Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής. Qui quidem locus explicatur a Minois dialogi auctore p. 319. D. ubi subjicitur: ἐφ' ᾧτινα οὖν δι'

ἀπούοντας, ἅμα κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι. πάντως δ' ἥ γε[i] ἐκ Κνωσοῦ[k] ὁδὸς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ ἱερόν,

τέθραφθε ϒ.—[g] ἡμᾶς om A.—[h] τε om A.—[i] δή γε ς.—[k] ἐκ κνωσοῦ f, ἐκνωσοῦ ϒ:

ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι (ἐμεμαθήκει) παρὰ τοῦ Διός. De re ipsa Strabo x. t. iv. p. 243. ed. Tzsch. τοῦτον (τὸν Ῥαδάμανθυν) δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ διατρίβων ἐνθάδε ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα. xvi. t. vi. p. 362. καὶ ὁ Μίνως παρὰ τοῖς Κρησὶν—δι' ἐννέα ἐτῶν, ὥς φησι Πλάτων, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ ἄντρον τοῦ Διὸς καὶ παρ' ἐκείνου τὰ προστάγματα λαμβάνων καὶ παρακομίζων εἰς τοὺς ἀνθρώπους. Liban. Epist. xx. p. 9. ἐννοείτω τὸν βασιλέα Κρητῶν τὸν παῖδα τοῦ Διὸς, ὃς εἰς τὸ ἄντρον δι' ἐνάτου πορευόμενος ἔτους, οὓς ἐτεθείκει νόμους, οὐκ ἠσχύνατο κινῶν, οὓς κρεῖττον ἦν μὴ κινεῖσθαι. Cf. Diodor. Sic. v. 78. p. 394. ubi v. Wesseling. Dio Chrysostom. Orat. iv. de Regno p. 65. C. Maxim. Tyr. Dissert. xxii. Clem. Alexandr. Strom. i. p. 152. 19. Theodoret. Therap. ix. p. 608. C. Etymol. M. v. Ἐννέωροι. Wolf. ad Liban. Epist. p. 632. Atque memorabile est Lactantii (de Div. Instit. i. 22. §. 3.) de hac re judicium: 'videlicet astutiam Minois voluit imitari (Numa), qui se in antrum Jovis recondebat et ibi diu moratus leges, tanquam sibi a Jove traditas, afferebat, ut homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringeret.' Ast.

λέγεις] Sequitur, ut solet, ὡς cum secundo nominis et participii casu pro: τὸν Μίνω φοιτᾷν καὶ θεῖναι τοὺς νόμους. C. 12. p. 644. B. καὶ μὴν πάλαι γε ξυνεχωρήσαμεν ὡς ἀγαθῶν μὲν ὄντων τῶν δυναμένων ἄρχειν αὐτῶν, κακῶν δὲ τῶν μή. C. 13. p. 645. B. καὶ οὕτω δὴ περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν ὁ μῦθος ἀρετῆς σεσωσμένος ἂν εἴη. iv. 12. p. 722. E. σημαίνει ὡς ὄντος. x. 2. p. 887. A. νομοθετοῦντες ὡς ὄντων θεῶν. xii. 12. p. 964. E. Δῆλον ὡς αὐτῆς μὲν τῆς πόλεως οὔσης τοῦ κύτους cet. Cf. nostra ad Polit. i. 1.—Ceterum μῶν (num) cum οὖν, unde formatum est (μῶν est enim i. q. μὴ οὖν) frequenter conjunctum reperitur, ut l. ii. 3. p. 656. A. c. 4. p. 657. D. iii. 1. p. 676. B. x. 7. 895. E. c. 11. 902. A. xii. 13. 966. B. Eurip. Androm. 81. Μῶν οὖν δοκεῖς σοῦ φροντίσαι τίν' ἄγγελον; Ast.

ξυνουσίαν] Ita pro συνουσίαν scripsimus, in his, ut in aliis id genus, Atticum sermonem secuti, quod, etiamsi ab aliis discesseris rationibus, jam constantia postulat. Nam si pluribus in locis ξυνουσία reperitur, velut infra τῶν ξυνουσιῶν, c. 2. ξυσσίτια, ξυμπόταις et ξυμπόσια p. 639. D. hoc ipsum nobis documento esse debet, vulgares illas formas συνουσία, συμπόσια, a librariis esse profectas. Sic v. c. l. vi. 23. ξυλλεγόμεναι legimus, et statim post in libris editis scribitur συλλεχθεῖσαι, l. vii. 7. p. 797. E. ξυνήθη et paulo post συνήθη. Quam inconstantiam quis ipsi scriptori tribuat? Hac vero de re monuisse semel satis est. Ast.

δι' ἐνάτου ἔτους] Est *nono quoque anno*, non, ut alii explicant (Davis. in Maxim. Tyr. p. 630. et Boeckhius in Min. p. 60. etiam Ficinus *per novennium* vertit et Cornarius *per novem annos*) *novem per annos*, quod et sermonis usui et veterum narrationi adversatur; διὰ est enim, ubi tempus indicatur, *post*, vid. Perizon. ad Ælian. V. H. xiii. 43. et Fischer. ad Weller. Gr. Græc. t. iii. p. ii. p. 167. Igitur est *nono post anno*, h. e. nono quoque anno. Vid. Matthiæ Gr. Gr. p. 347. Deinde veteres Minoem tradunt nono quoque anno ad Jovem patrem accessisse. Sic Valer. Maxim. i. 2. 'Minos Cretensium rex *nono quoque anno* in quoddam prealtum et vetusta religione consecratum specus secedere solebat, et in eo moratus tanquam a Jove, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges prærogabat.' Idcirco ἑκάστοτε appositum (artificiosa enim Boeckhii interpretatio admodum vereor, ut cuipiam placeat), et in Minoe l. l. ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι (ἐμεμαθήκει Wesseling. ad Diod. Sic. p. 394. addit, Cod. Paris. exhibet μεμάθηκες; sed nondum persanatum esse locum judico; quid enim sibi vult ἀποδειξόμενος? Excidit, ni fallor, præter verbum ἐμεμαθήκει infinitivus, velut διαπεπράχθαι, ut sensus sit: *ostensurus se perfecisse* s. exegisse, quæ superiore colloquio a Jove didicisset) παρὰ τοῦ Διός. Eadem ratione hunc locum jam ceperunt Casaubon. ad Strab. x. p. 730. et Steph. ad Min. l. l. Cf. Spanh.

ὡς ἀκούομεν, ἱκανή, καὶ ἀνάπαυλαι κατὰ τὴν ὁδόν, ὡς εἰκός, πνίγους ὄντος τὰ νῦν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσίν εἰσι

ad Callimach. in Dian. 193. p. 259. et Davis. ad Cicer. Tusc. Quæst. ii. 13. Ceterum pro *ἐννάτου* scripsimus *ἐνάτου*, ut in Minoe legitur; vid. Wass. in præfat. Duker. ad Thucyd. p. 316. Ast.

κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου φήμας] *Secundum ipsius responsa* s. oracula; vid. Spanhem. ad Julian. Cæsar. p. 39. et Wesseling. ad Diodor. Sic. xiv. 56. t. i. p. 686. Sic Phædon. p. 111. B. *ἐν οἷς τῷ ὄντι οἰκητὰς θεοὺς εἶναι καὶ φήμας καὶ μαντείας καὶ αἰσθήσεις τῶν θεῶν.* Tim. p. 72. B. *οὓς μάντεις ἐπονομάζουσί τινες τὸ πᾶν ἠγνοηκότες, ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκριταί.* Ast.

πόλεσιν ὑμῖν] Ne suspectus sit hic locus facit alius in hoc ipso libro, [p. 634.] ubi legitur, *ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν.* Steph.

ὑμῖν] Dativus pro genitivo positus est, quæ structuræ ratio frequentissima; quocirca mirari debemus, Stephanum aliquoties ea offensum esse. Sic c. 5. p. 629. A. *καί μοι τῷ λόγῳ ξυνακολουθήσατε.* C. 7. p. 634. A. *λέγωμεν τοίνυν πάλιν ἐπιτηδεύματα ποῖα ἔσθ' ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν.* c. 10. p. 638. E. *ἐπειδὴ καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις ἔθνη περὶ αὐτῶν ἀμφισβητοῦντα ἡμῖν πόλεσι δυοῖν τῷ λόγῳ διαμάχοιτ' ἄν.* ii. 4. 658. E. *τὸ ἦθος ἡμῖν τῶν νέων.* c. 12. *τοῖς ᾠδοῖς ἡμῖν.* iii. 12. *ἡμῖν σκέψιν.* iv. 5. *τῇ πόλει σοι.* c. 11. *ἐν τῇ πόλει μοι.* vi. 1. *τῇ πόλει σοι.* c. 13. *τοῖς πολίταις αὐτῷ.* vii. 4. p. 793. C. *σοὶ δεῖ τὴν πόλιν—ξυνδεῖν.* c. 13. *μητέρων αὐταῖς.* ix. 9. p. 869. D. *ὃ δὲ περὶ τῆς ἀφέσεως εἴρηται φόνου πατρὶ* cet. xi. 4. p. 918. C. *πᾶσι ταῖς χρείαις.* c. 7. p. 923. E. *ᾗ τινὶ ἂν ἐθέλῃ.* Similiter Phædon. p. 62. B. *ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι.* Theæt. p. 143. E. *οἵῳ ἡμῖν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ ἐντετύχηκα.* Sophist. 216. E. *τοῦ μέντοι ξένου ἡμῖν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην.* Hipp. Min. p. 363. B. *ὅτι ἡ Ἰλιὰς κάλλιον εἴη ποίημα τῷ Ὁμήρῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια.* Cf. Abresch. Auct. Diluc. p. 240. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 247. Matthiæ ad Hom. Hymn. p. 6. et Gr. Gr. p. 527. Heind. ad Theæt. §. 5. et Sophist. p. 272. Ast.

τὸν ἀδελφόν γε αὐτοῦ] Homer. Il. Ξ. 311. *Φοίνικος κούρης, Ἥ τέκε μοι Μίνω τε καὶ ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν.* Cf. Odyss. Δ. 564. Pindar. Olymp. ii. 137. Pyth. ii. 133. Gorg. 525. E. Strab. x. p. 458. Ast.

ἀκούετε] Significationem præteriti habet, ut infra *ὡς ἀκούομεν*; e præterito enim et præsente conflatum est. Namque *ἀκούω* est *ἀκούσας ἐπίσταμαι* vel *οἶδα*: *audivi* ideoque *novi* vel *scio* (idcirco præsens tempus). Gorg. 503. C. *Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα.* Theæt. 198. C. *ἀκούεις γάρ που τὰς τοιαύτας ἀμφισβητήσεις.* Demosthen. Olynth. iii. p. 34. *καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω —τούτῳ τῷ ἤθει καὶ τῷ τρόπῳ τῆς πολιτείας χρῆσθαι.* Philipp. i. p. 46. *καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν—τὴν πόλιν—καὶ οἶδα ἀκούων, ὅτι* cet. Philipp. ii. p. 68. *ἀκούει.* iii. p. 123. adv. Aristocrat. p. 657. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 592. Amst. et Boissonad. ad Philostrat. p. 397. Similiter Latini *audio* usurpant, ut Cicero pro Rosc. Amer. 6. 'quorum alterum—possidere audio.' Ad Attic. i. 1. 'ut audio.' Liv. xlv. 22. 'ut audimus.' Ast.

αὐτὸν] In *ἔπαινόν αὐτον* (vulgo scribitur *ἔπαινον αὐτὸν*), prægresso *τοῦτον*, redundat *αὐτὸν*, ut iii. 6. p. 684. D. *τοῖς νομοθέταις—αὐτοῖς.* x. 11. p. 902. D. *Ἰατρῷ δὲ—ἔξει ποτὲ καλῶς αὐτῷ τὸ πᾶν*; xii. 6. p. 952. A. *μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα τὰ περὶ νόμους αὐτοῖς φαίνεσθαι καὶ ἀσαφῆ.* Cf. Sturz. Lexic. Xenophont. t. i. p. 483. et Heind. ad Gorg. §. 84. Ast.

ἐπειδὴ δὲ] Francof. lib. *τε*, male; recte exempla reliqua *δὲ*, etiam Bas. 2. in quo Gottleber scriptum esse *τε* male contendit.—*ἐν ἤθεσι νομικοῖς*, ut l. vi. 1. p. 751. D. *τετράφθαι ἐν ἤθεσι νόμων.* De re vid. Strabo x. p. 459. Ast.

κατὰ τὴν] Scribendum puto *καὶ τὴν* pro *κατὰ τήν*: et paulo post *δ' ἤγε* pro *δήγε*. Steph. Verborum structura hæc est: *προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς ποιήσεσθαι, existimo, nos rem vobis haud ingratam facturos, si inter eundum* (*κατὰ τὴν πορείαν*) *de constituenda civitate et legibus disseramus.* Bip.

κατὰ τὴν πορείαν] Steph. scriptum malebat *καὶ τὴν*, sine causa. Etiam Ficin. vertit: *inter eundum*, et Cornar. *in hac profectione.* Ast.

πάντως] Est *omnino*, etiam si ab hoc discesseris, h. e. præterea, præsertim etiam (*auch abgesehen davon, überdies,*

σκιαραί,[l] καὶ ταῖς ἡλικίαις πρέπον ἂν ἡμῶν εἴη τὸ διαναπαύεσθαι πυκνὰ ἐν[m] αὐταῖς λόγοις τε ἀλλήλους παραμυθουμένους τὴν ὁδὸν ἅπασαν οὕτω μετὰ ῥᾳστώνης διαπερᾶναι.

ΚΛ. Καὶ μὴν ἔστι γε,[n] ὦ ξένε, προϊόντι κυπαρίττων τε[o] ἐν τοῖς ἄλσεσιν ὕψη καὶ κάλλη θαυμάσια, καὶ λειμῶνες ἐν οἷσιν ἀναπαυόμενοι διατρίβοιμεν ἄν.

§. 2. ΑΘ. Ὀρθῶς λέγεις.

ἐκ κνωσσοῦ *s.—[l] σκιεραὶ r.—[m] καὶ ἐν v.—[n] γε om v.—[o] τε om r.—[p] ἔωμεν v.—

besonders auch). Sic Theæt. 143. A. ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμᾶς διελθεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι ὡς ἐξ ἀγροῦ ἥκων. p. 162. A. πάντως καὶ δή νυν μάλ' ἐμμελῶς σοι ἐφαίνετο ὑπακούειν. Cf. Heind. ad Theæt. §. 3. Mox δ' ἥ γε e Cod. Voss. pro δή γε reposuimus; idem jam Steph. conjecerat, approbantibus Gottlebero et Heind. (ad Theæt. l. l.). Ast.

Κνωσοῦ] Ita pro Κνωσσοῦ scripsimus; Κνωσοῦ, quod, ut antiquiorem scripturam, numi et inscriptiones commendant, servarunt liber Lovan. et Ficinus, cujus versio genuina habet *a Gnoso*. Sic l. vi. p. 752. sq. semper Κνωσὸς et Κνώσιοι scribitur. Cf. Tzschucke ad Strab. x. t. iv. p. 236. Similiter infra Μεσήνη et Μεσήνιος scripsimus, quod Codd. Thucyd. vi. 48. et vi. 74. habent. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 90. Ast.

ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσιν] Vertunt interpretes *sub altis arboribus*, sed ἐν est *ad, prope s. juxta*, vid. Wesseling. ad Diodor. Sicul. xvii. 10. xix. 58. Dorvill. ad Charit. p. 206. et Hemsterhus. ad Lucian. t. ii. p. 395.—De Jovis antro Schol. Ruhnken. p. 216. οὗ τὰ μέγιστα τῶν τοῦ Διὸς μυστηρίων καὶ τῶν Κουρήτων ἐνιερᾶσθαι ἐλέγετο. Cf. Strabo x. p. 458. 464. Ast.

λόγοις—διαπερᾶναι] C. 7. παραμύθια ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ. iii. 6. ἀλλὰ μὴν δεῖ γε ἡμᾶς—διελθεῖν τὴν ὁδὸν ἀλύπως, ὡς ἔφαμεν, ἡνίκα ἠρχόμεθα πορεύεσθαι. Similia sunt illa Virgilii Æn. viii. 309. 'varioque viam sermone levabat.' Heliodori Æthiop. iii. τὸν πόνον ὁδοιπορίας ἐπικουφίζων καὶ τῷ διηγήματι παραπέμπων. Minucii Felic. Octav. p. 22. 'iter fabulis fallentibus legebamus;' ubi v. Ouzel. Ast.

καὶ μὴν ἔστι γε κ. τ. λ.] Cicero de Legib. i. 5. 'Visne igitur, ut ille Crete cum Clinia et cum Lacedæmonio Megillo æstivo, quemadmodum describit, die in cupressetis Cnosiorum et spatiis sylvestribus crebro insistens, interdum acquiescens de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat—.' Ast.

ἐν οἷσιν] Platonem scripsisse credo ἐν οἷς συναναπαυόμενοι. Sed et δρόμοισι paulo post non immerito suspectum fuerit. Steph. Verumtamen formæ illæ Ionicæ etiam Atticis frequentantur, ut l. iii. 10. p. 690. E. ἐν τοῖσι δήμοις. vi. 22. p. 783. A. ἀγωνίοισι θεοῖς. c. 23. p. 785. A. ἐν ἱεροῖσι πατρῴοις. vii. 1. p. 789. A. τοῖς κυμένοισι. c. 4. p. 794. A. ἐλευθέροισι. c. 5. p. 795. A. ἐν οἷσι μαθεῖν δυνατόν. c. 13. p. 806. D. οἷσι. viii. 10. τοῖσι. ix. 12. ἐφ' οἷσι, ut p. 873. E. xii. 9. p. 957. E. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 237. et Schäfer. ad Gregor. Corinth. de Dialect. p. 375. Ast.

δρόμοισι] Quare Stephanus in corruptelæ suspicionem vocaverit, causam non video. Nam δρόμους statim disertius exponit τὴν τῶν πεζῇ δρόμων ἄσκησιν. Bip.

ὀρθῶς λέγεις κ. τ. λ.] Misere depravata hæc leguntur in libris editis: Ὀρθῶς λέγεις. ΚΛΕΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ἰδόντες (Steph. adjecit δὲ, haud dubie Cornarium secutus, qui vertit: *sed conspicati magis id dicemus*), μᾶλλον φήσομεν. ἀλλ' ἴωμεν ἀγαθῇ τύχῃ. ΑΘΗΝ. Ταῦτ' εἴη. καί μοι λέγε cet. In quibus verba affirmantia Πάνυ μὲν οὖν inepte Cliniæ adscripta vides. Et universa oratio Ὀρθῶς—τύχῃ magis in Atheniensem properantem fere, quam in Cliniam quadrat. Etiam μᾶλλον φήσομεν, quum nihil nisi verba ὀρθῶς λέγεις possit respicere, illa Ὀρθῶς λέγεις—φήσομεν uni et eidem personæ tribui jubet. Servavit genui-

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν· ἰδόντες δὲ μᾶλλον φήσομεν. ἀλλ' ἴωμεν[p] ἀγαθῇ τύχῃ.

III. ii. 181. ΑΘ. Ταῦτ' εἴη. καί μοι λέγε, κατὰ τί τὰ ξυσσίτιά τε ὑμῖν συντέταχεν[q] ὁ νόμος καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὴν τῶν ὅπλων ἕξιν;

ΚΛ. Οἶμαι μέν, ὦ ξένε, καὶ παντὶ ῥᾴδιον ὑπολαβεῖν εἶναι τά γε[r] ἡμέτερα. τὴν γὰρ τῆς χώρας πάσης Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε,[s] ὡς οὐκ ἔστι, καθάπερ ἡ τῶν Θετταλῶν, πεδιάς. διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον,[t] δρόμοισι δὲ ἡμεῖς· ἥδε γὰρ ἀνώμαλος αὖ καὶ πρὸς τὴν

[q] τέταχεν pr Ω.—[r] τε ℌ.—[s] ὁρᾶς ϒ.—[t] μόνον f, om ϒ.—[u] πεζοδρόμων f.—[v] ἐν τῷ

nam orationis dispositionem Ficinus, qui vertit: Athen. *Recte nimium (πάνυ μὲν οὖν) loqueris; verum (δὲ) hæc magis affirmabimus, cum viderimus. Sed eamus jam bona fortuna comite.* Cli. *Fiat.* Athen. *Sed dic mihi oro cet.* Ast.

§. 2. *καί μοι λέγε*] καὶ adhortationi inserit, ut c. 5. *καί μοι τῷ λόγῳ ξυνακολουθήσατε.* ii. 7. Vid. Viger. de Idiot. p. 524. ed. Herm. Ast.

τὴν τῶν ὅπλων ἕξιν] Schol. Ruhnk. *σχέσιν ἢ περιβολὴν ἢ ἁπλῶς ὅπλισιν, παρὰ τὸ ἔχειν.* Est potius *armorum tractatio.* Similiter Isocrates in Busir. Laud. p. 225. A. ed. Steph. ubi Lacedæmonios plura dicit ab Ægyptiis accepta tenuisse: *καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν καὶ τὰ συσσίτια καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἄσκησιν—μηδ' ἐπὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις διατρίβειν, ἀλλὰ τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς στρατείαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἐκεῖθεν ἅπαντα ταῦτα εἰλήφασι.* Ceterum Cretenses primi dicuntur gymnasia instituisse, v. Polit. v. 3. ubi v. not. et Perizon. ad Ælian. V. H. iii. 9.—Convivia publica (ξυσσίτια) Lacedæmoniis φιδίτια (quasi φιλίτια a φιλία, vel φειδίτια a φειδὼ, parsimonia) dicebantur, et Cretensibus ἄνδρια vel ἀνδρεῖα (vid. Tzschucke ad Strab. x. t. iv. p. 277.). Cf. Aristotel. Polit. ii. 7. (c. 6. §. 3. ed. Schneid.) et Meurs. Miscell. Lacon. i. 9. De his conviviis cf. Polit. iii. 22. et Legg. vi. 21. p. 780. B. ubi eorum origo explicatur. Vid. Manso in Sparta t. i. p. i. p. 156. sq. p. ii. p. 188. sq. t. iii. p. i. p. 271. sq. Ast.

τὴν γὰρ—φύσιν ὁρᾶτε] Pro ὁρᾶτε, *ὡς ἡ φύσις*, ut infra *ἀνευρήσεις οὕτω σκοπῶν τὸν Κρητῶν νομοθέτην*, quo nihil frequentius. Sic v. 5. 733. D. *διανοεῖσθαι τοὺς βίους ἡμῶν, ὡς ἐν τούτοις ἐνδεδεμένοι πεφύκασι.* vii. 2. 790. C. *τὴν τιθήνησιν καὶ κίνησιν—, ὡς ἔστι ξύμφορος ἅπασι.* x. 13. p. 905. C. *οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ξυντέλειαν, ὅπη ποτὲ τῷ παντὶ ξυμβάλλεται.* xii. 3. 946. E. *τὰς δ' εὐθύνας αὐτῶν τούτων ἀκούειν χρὴ, τίνες ἔσονται καὶ τίνα τρόπον.* al. Cf. Taylor. ind. Græcit. Lys. t. vi. p. 917. ed. Reisk. et Coray ad Isocrat. p. 14. Ast.

πεδιὰς] *Campestris*, plana, i. q. πεδινὴ (a πέδον, πεδίον), quocirca recte scribitur *πεδιάς*; Bas. 1. et 2. male exhibent *πεδειάς*. De Creta, insula montosa et sylvestri, vid. Strabo x. t. iv. p. 227. sq. Thessalia contra, campestris et pascua regio, equos ferebat generosissimos, quocirca re equestri maxime valuit. Meno init. *πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ.* Hipp. Maj. 284. A. *Ὃ οὖν κάλλιστ' ἐπιστάμενος ἱππικὴν παραδιδόναι, ἆρ' οὐκ ἂν ἐν Θετταλίᾳ τῆς Ἑλλάδος μάλιστα τιμῷτο καὶ πλεῖστα χρήματα λαμβάνοι, καὶ ἄλλοθι ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο*; Cf. Valckenar. in Oratt. Valcken. et Hemsterhus. p. 258. Ceterum haud male adnotat Schol. Ruhnk. *ἀπολογεῖται διὰ τὴν τῶν τόξων χρῆσιν· καὶ γὰρ ὄνειδος ἦν, ὡς τὸ τοξότα λωβητήρ· οὐ γὰρ ἀγχέμαχοι, ἀλλὰ πόρρωθεν βάλλουσιν οἱ τοξόται. αἰτιᾶται οὖν τὸν τόπον.* Atque Cretenses constat sagittarios fuisse præstantissimos; vid. Hemsterhus. ad Lucian. t. i. p. 289. Bip. Ast.

ἥδε—αὖ] *Hæc* (nostra terra, Creta) *contra* (αὖ) *inæqualis est et ad cursus*

τῶν πεζῇ δρόμων[u] ἄσκησιν μᾶλλον σύμμετρος. ἐλαφρὰ δὴ τὰ ὅπλα ἀναγκαῖον ἐν τῷ τοιούτῳ[v] κεκτῆσθαι καὶ μὴ βάρος ἔχοντα θεῖν· τῶν δὴ[w] τόξων καὶ τοξευμάτων ἡ κουφότης ἁρμόττειν δοκεῖ. ταῦτ' οὖν πρὸς τὸν πόλεμον ἡμῖν ἅπαντα ἐξήρτυται,[x] καὶ πάνθ' ὁ νομοθέτης, ὥς γ' ἐμοὶ φαίνεται, πρὸς τοῦτο βλέπων συνετάττετο, ἐπεὶ καὶ τὰ ξυσσίτια κινδυνεύει ξυναγαγεῖν[y] ὁρῶν ὡς πάντες, ὁπόταν[z] στρατεύωνται, τόθ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀναγκάζονται φυλακῆς αὑτῶν ἕνεκα ξυσσιτεῖν τοῦτον τὸν χρόνον. ἄνοιαν δή μοι δοκεῖ καταγνῶναι τῶν πολλῶν ὡς οὐ[a] μανθανόντων ὅτι πόλεμος ἀεὶ πᾶσι διὰ βίου ξυνεχής ἐστι πρὸς ἁπάσας τὰς πόλεις· εἰ δὴ πολέμου γε ὄντος φυλακῆς ἕνεκα[b] δεῖ[c] ξυσσιτεῖν καί τινας ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους διακεκοσμημένους εἶναι φύλακας αὐτῶν, τοῦτο καὶ ἐν εἰρήνῃ δραστέον· ἣν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῷ δ' ἔργῳ πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον[d] κατὰ φύσιν II. 626. III. ii. 182.

τοιούτῳ ἀναγκαῖον Υ.—[w] δὲ f.—[x] ἐξήρτηται Ξῃ, ἐξύρτηται f.—[y] ξ. Ωυfῃχ.—[z] ὅταν Ξσ.—[a] οὐ om Υ.—[b] γεκα f.—[c] δεῖ om Υ.—[d] κήρυκτον f.—[e] εὑρήσεις ν, ἂν εὑρήσεις

pedestris exercitationem magis apta. Ficin. non satis perspicue vertit: *inæqualitas hæc locorum ad pedestrem exercitationem cursumque est aptior.* Ast.

ἐν τῷ τοιούτῳ] *Hoc in casu, tunc.* Sic l. ii. 4. p. 657. C. *καὶ μὴν ἔν γε τῷ τοιούτῳ χαίροντες ἡσυχίαν οὐ δυνάμεθα ἄγειν.* c. 12. p. 671. B. *πᾶς δέ γε αὐτὸς αὑτοῦ κουφότερος αἴρεται—ἐν τῷ τοιούτῳ.* Polit. iii. 6. *Ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ, ὡς ἔοικεν, οὗτός τε καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταὶ διὰ μιμήσεως τὴν διήγησιν ποιοῦνται.* vi. 6. *ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ.* Cf. Lexic. Xenophont. t. iii. p. 341. Ast.

ἐξήρτυται] Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent *ἐξήρτηται*, idque Cornar. expressit vertendo: *hæc igitur omnia ad bellum nobis appensa sunt.* Ficin. contra vertit: *hæc igitur omnia ad bellum nobis accommodata sunt;* quem Steph. haud dubie secutus sine ulla admonitione *ἐξήρτυται* scripsit. Ast.

δραστέον] Hæc ex legis latoris sententia disputata sunt; quocirca intelligi debet *εἶναι*: *videtur mihi judicasse* (ex *καταγνῶναι* eruendum est *γνῶναι*; et *καταγνῶναί τινος ἄνοιαν* est: *de insipientia aliquem accusare,* pro stulto habere, v. Fischer. ad Euthyphr. p. 7. Pro *ἄνοια* vero videndum est, annon scribi oporteat *ἄγνοια*; vid. ad iii. 9.) *si convivia in bello custodiæ causa habere oporteat, idem etiam in pace faciendum esse.* Hinc sequitur *τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα* (int. *ipsius sententia mihi videtur fuisse*).—Pro *εἰ δὴ* e Cod. Voss. recepimus *εἰ δὲ*, quod argumentatio postulat. Ast.

ἣν γὰρ καλοῦσιν] Hæc usque ad *νικώντων γίγνεσθαι* laudat Stob. Serm. xlviii. p. 353. v. 24. ubi scribitur *τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι—πάσας ἀεὶ τὰς πόλεις—ἂν εὑρήσεις—ξυνετάξατο.* Ast.

ἀκήρυκτον] Schol. Ruhnk. *μὴ ἁπλῶς ἐκ τινὸς περιστάσεως γιγνόμενον καὶ δεόμενον κήρυκος τοῦ διεγείροντος τοὺς ἀπείρους φύσει πάντας ἐπὶ τοῦτον παρεσκευάσθαι.* Bellum *ἀκήρυκτον*, quod non legitime indicitur, plerumque ponitur de sævo, implacabili, internecivo, vel de perpetuo, ut h. l. Sic Xenoph. Anab. iii. 3. 5. *καὶ ἐκ τούτου ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς βέλτιον εἶναι δόγμα ποιήσασθαι, τὸν πόλεμον ἀκήρυκτον εἶναι, ἕς τε ἐν τῇ*

εἶναι. καὶ σχεδὸν ἀνευρήσεις[e] οὕτω σκοπῶν τὸν Κρητῶν νομοθέτην, ὡς εἰς τὸν πόλεμον ἅπαντα δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ τὰ νόμιμα ἡμῖν ἀποβλέπων συνετάξατο, καὶ κατὰ ταῦτα οὕτω φυλάττειν παρέδωκε τοὺς νόμους, ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὄν, οὔτε κτημάτων οὔτ' ἐπιτηδευμάτων, ἂν μὴ τῷ πολέμῳ ἄρα κρατῇ τις· πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι.

§. 3. ΑΘ. Καλῶς γε, ὦ ξένε, φαίνει[f] μοι γεγυμνάσθαι πρὸς τὸ διειδέναι τὰ Κρητῶν νόμιμα. τόδε δέ μοι φράζε ἔτι σαφέστερον· ὃν γὰρ ὅρον ἔθου τῆς εὖ πολιτευο-

πολεμίᾳ εἶεν. Demosthen. pro Coron. p. 314. ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ὑμῖν ὁ πρὸς τοὺς θεατὰς πόλεμος. Æschin. de Fals. Legat. t. iii. p. 222. ἐξ εἰρήνης πόλεμος ἀκήρυκτος. p. 258. ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους τοὺς πολέμους ποιήσετε. Plutarch. Pericl. Vit. p. 168. E. ἐπεὶ δ' ὁ πεμφθεὶς κήρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτίᾳ τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε, γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν. Hinc ἀκηρυκτεὶ πολεμεῖν apud Dion. Cass. Fragm. 143. ἄσπονδα καὶ ἀκήρυκτα πάντα Lucian. Piscat. c. 36. t. i. p. 266. ed. Schmied. Philo Jud. de Somn. p. 581. B. Ast.

κατὰ ταῦτα] *Propterea*, vid. Viger. de Idiotism. p. 632. Mox ὡς (*quia*)— οὐδὲν ὄφελος ὂν accusativi sunt absoluti, ut vii. 21. p. 819. C. ix. 1. p. 853. C. τιθέναι ἐπ' αὐτοῖς νόμους, ὡς ἐσομένους, ὅπερ εἶπον, αἰσχρὸν μέν τινα τρόπον. c. 6. p. 862. A. c. 8. p. 866. B. xi. 12. p. 933. C. ὡς πρῶτον μὲν τὸν ἐπιχειροῦντα φαρμάττειν οὐκ εἰδότα, τί δρᾷ κ. τ. λ. Cf. Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 15. sq. Fischer. ad Weller. t. iii. p. i. p. 387. et Matthiæ Gramm. Græc. p. 820. Ast.

γίγνεσθαι] Mutandum est fortasse γίγνεσθαι in γίγνεται: nisi φιλεῖ, vel εἴωθε, vel aliud quodpiam verbum ante illum infinitivum omissum esse dicamus: nam quod ex præcedentibus subaudiri queat nihil video. Imo vero (dicet fortasse quispiam) subaudiri potest ἀνευρήσεις, ex longiculo intervallo repetitum. At ego ne repeti possit obstare puto quæ interjecta sunt, mutata etiam facie orationis: præsertim quum hæc, πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων etc. cum proxime præcedentibus cohærcant, et veluti ex illis pendeant: perinde ac si dictum esset, ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὂν, (etc.) ἂν μὴ τῷ πολέμῳ ἄρα κρατῇ τις· πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ, τῶν νικώντων, γιγνόμενα: pro ὡς πάντων γιγνομένων, sicut οὐδὲν ὂν pro οὐδενὸς ὄντος, præcessit: atque adeo hæc lectio (si a nostra discedamus) non minus quam illæ a me in principio hujus annotationis propositæ, recipi posse videtur. Tale porro hujus loci examen lectori ad alios etiam quaplurimos proderit. Steph.

γίγνεσθαι] Recte habet infinitivus, ut in prægressis. Arctius conjunxit hæc cum prægressis Ficinus ita vertens: *quasi ceterarum rerum nulla esset utilitas, non possessionum, non artium, nisi quis bello superet, cum omnia bona eorum, qui victi* (ed. 1491. exhibet *invicti*) *sunt, ad victores ilico transeant.* Ast.

§. 3. ἔτι σαφέστερον] Sic Bas. 2. Ald. Bas. 1. et Lovan. ἐπισαφέστερον, vitiose. Ast.

ὃν γὰρ ὅρον ἔθου] Sensus est: *nam secundum eam, quam posuisti, bene institutæ civitatis definitionem dicere mihi videris, ita eam ordinatam* s. *institutam esse oportere, ut ceteras bello superet*, h. e. ita mihi videris bene institutam civitatem definire, ut dicas, eam oportere ceteras bello vincere. Ficinus vertit: *recte dispositam civitatem tunc demum dicere visus es, cum sic instituta est, ut ceteras bello vincere possit.* Οἰκεῖν, *habitare*, etiam *administrare* (v. Valcken. ad Eurip. Phœniss. p. 178. et Rudolphi ad Ocell. Lucan. p. 307. Sic vi. 20. p. 779. C.) sensu passivo vel neutro de ipsa urbe usurpatur, ut sit habitari, institutam esse, vel simpliciter esse. Sic Legg. iii. 16. p. 702. A. πῶς ποτ' ἂν πόλις ἄριστα οἰκοίη. ix. 1. p. 853. B. 12. init. ἐν κακῶς οἰκούσαις πόλεσι. Similiter κατοικεῖν usurpatur, vid. iii. 4. p. 682. c. 11. p. 693. A. Xen. Hist. Græc. iv. 8. 5. καὶ ἄλλα γε χωρία δύνανται οἰ-

μένης πόλεως, δοκεῖς μοι λέγειν οὕτω κεκοσμημένην οἰκεῖν δεῖν ὥστε πολέμῳ νικᾶν τὰς ἄλλας πόλεις. ἦ γάρ;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν· οἶμαι δὲ καὶ τῷδε οὕτω ξυνδοκεῖν.

ΜΕ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀποκρίναιτο, ὦ θεῖε, Λακεδαιμονίων γε ὄστισοῦν;

ΑΘ. Πότερ'[g] οὖν δὴ πόλεσι μὲν πρὸς πόλεις ὀρθὸν τοῦτ' ἐστί, κώμῃ δὲ πρὸς κώμην ἕτερον;

ΚΛ. Οὐδαμῶς. iii. ii. 183.

ΑΘ. Ἀλλὰ ταὐτόν;

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τί δέ; πρὸς οἰκίαν οἰκίᾳ τῶν ἐν τῇ κώμῃ, καὶ πρὸς ἄνδρα ἀνδρὶ ἑνὶ πρὸς ἕνα, ταὐτὸν ἔτι;

ΚΛ. Ταὐτόν.

ΑΘ. Αὐτῷ[h] δὲ πρὸς αὑτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον, ἢ πῶς ἔτι λέγομεν;[i]

ϒ, ἂν εὕρεις ℌ.—[f] φαίνει pr Ω.—[g] πότερον ℌs.—[h] αὐτῷ νſ.—[i] λέγομεν ϒ et corr A :

αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις] Dativus αὐτοῖς e substantivo διακονήσεις pendet (vid. ad c. 6.) et ἑαυτῶν appositum est, ut solet pronomen personale αὐτὸς aliis pronominibus, præcipue possessivis, adjici, ita ut ejus vim nostro sermone exprimere possimus voce *eigen*. Sic vi. 2. p. 753. B. ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν τῆς ἡλικίας δυνάμεσι. xi. 6. p. 923. A. τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν χρήματα. Sed offendit ut in hoc loco ἑαυτῶν, sic in laudato l. vi. 2. αὐτῶν; sermonis enim Græci consuetudo, ni omnia me fallunt, postulabat αὐτοῖς αὐτῶν διακονήσεις et ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν τῆς ἡλικίας δυνάμεσι. Exemplis a nobis ad Sympos. p. 249. citatis adde Homer. Il. O. 39. νωΐτερον αὐτῶν. Antiphon. κατηγορ. φαρμακ. t. vii. p. 620. Reisk. καὶ οἰκέτας τοὺς σφετέρους αὐτῶν ἐπικαλοῦνται μάρτυρας. De Choreut. p. 785. ἐν τῇ σφετέρᾳ αὐτῶν (οἰκίᾳ). Lys. p. 462. t. v. πατρίδα (τὴν?) σφετέραν αὐτῶν καταλιπόντες. p. 470. γυνέας σφετέρους αὐτῶν πρεσβύτας καταλιπόντες. p. 514. τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν φίλοις. p. 635. τὰ σφέτερ' αὐτῶν. p. 703. οὐδὲν—τῶν σφετέρων αὐτῶν. p. 704. οὐδὲν ἧττον ἐπιμελήσεσθε τῶν ἡμετέρων χρημάτων, ἢ τῶν ἰδίων τῶν ὑμετέρων αὐτῶν. Isocrat. Nicocl. §. 12. p. 35. Coray: διδάσκει τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι. §. 13. p. 36. ὕψεσθε καὶ τὸν βίον τὸν ὑμέτερον αὐτῶν ἐπιδεδωκότα. Ad Philipp. p. 88. ὑπὸ τῶν οἰκετῶν τῶν σφετέρων αὐτῶν. p. 100. διοικεῖν τὸν βίον τὸν σφέτερον αὐτῶν. Sic idem Panegyr. §. 22. p. 52. Cor. p. 45. Mor. Archidam. p. 116. 121. 131. Areopag. p. 139. 142. 143. 144. Demosthen. Olynth. ii. p. 25. τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν, et paulo post: ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν κτημάτων. iii. p. 36. τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν. Philipp. i. p. 53. De Chersones. p. 95. pro Coron. p. 277. al. In his et similibus locis ubique αὐτῶν scriptum vides; neque tamen sine librorum auctoritate mutare quidquam ausus sum, quum horum librorum auctor plura habeat a communi Atticorum usu discrepantia. Si vero liber aliquis αὑτοῖς αὐτῶν præberet, id sine ulla controversia recipiendum esset. Ast.

γυμνοπαιδιαῖς] γυμνοπαιδιαὶ dicebantur ludi s. festi dies Spartanorum, qui mense Hecatombæone (qui in solstitium fere æstivum incidebat; hinc τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων) a pueris ac viris, qui nudi saltabant, in victoriæ, quam ad Thyream reportaverant, vel eorum, qui ad Thyream occubuerant, memoriam celebrabantur. Vid. Tim. Lexic. p. 73. ed. Ruhnk. Meurs. de Saltat. vett. in Gronov. Thesaur. Ant. Gr. t. viii. p. 1246. Græv. et Gesner. ad Lucian. de Saltat. p. 274. Valcken. ad Herodot. vi. 67. Ernesti ad Xenoph. Memor. i. 2. 61. Schneider. ad Xenoph. Hist. Græc. vi. 4. 16. et Manso l. l. p. 210. sq. Ceterum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt γυμνοπαιδείαις, et libri omnino fluctuant in hac voce inter γυμνοπαιδεία, γυμνοπαιδία et γυμνοπαιδιά; vid. Virr. Doct. ad Xenoph. Memor. Socrat. l. l. et Lexic. Xenophont. t. i. p. 612. Ast.

εὖ γε] Verba hæc Atheniensis, non Cliniæ esse, sensus docet. Etiam genuina Ficini translatio Atheniensi ea tribuit. Mox pro eo, quod vulgo scribitur, τιθῶμεν πότερον Cod. Voss. φέρε τί, θῶμεν exhibet, unde Heusdius Spec. Crit. in Plat. p. 102. jam vidit legendum esse τί θῶμεν; πότερον cet. Accusativus τὴν ἀνδρίαν δὲ, ut in his loquendi formulis solet, absolute fere positus est, ut sit: quod vero ad fortitudinem attinet, quid statuamus? Sic Xenoph. Mem. Socrat. iii. 1. 10. τί δὲ τοὺς κινδυνεύειν μέλλοντας, ἆρα φιλοτιμοτάτους προτακ-

δέ, φέρε, τί θῶμεν,[k] πότερον ἁπλῶς οὕτως εἶναι πρὸς φόβους καὶ λύπας διαμάχην μόνον, ἢ καὶ πρὸς[l] πόθους τε καὶ
III. ii. 197. ἡδονὰς καί τινας δεινὰς θωπείας κολακικάς, αἳ καὶ τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς μαλάττουσαι[m] κηρίνους[n] ποιοῦσιν;[o]

ΜΕ. Οἶμαι[p] μὲν οὕτω, πρὸς ταῦτα ξύμπαντα.

ΑΘ. Εἰ γοῦν μεμνήμεθα τοὺς ἔμπροσθεν λόγους, ἥττω τινὰ ὅδε καὶ πόλιν ἔλεγεν αὐτὴν αὑτῆς καὶ ἄνδρα. ἦ γάρ, ὦ ξένε Κνώσιε;[q]

ΚΛ. Καὶ πάνυ γε.

ΑΘ. Νῦν οὖν πότερα λέγομεν[r] τὸν τῶν λυπῶν[s] ἥττω κακὸν ἢ καὶ τὸν τῶν ἡδονῶν μᾶλλον;

ΚΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ, τὸν τῶν ἡδονῶν· καὶ πάντες που

pr Ξ, *γυμνοπαιδείαις* corr Ξ.—[k] *τιθῶμεν* s.—[l] *πρὸς* om pr Ξ.—[m] *μαλάττουσαι* om AΞΩvdr et pr ḥ.—[n] *κηρίνους* in mg ponunt AΩ, post *ποιοῦσι* r, om Ξvf et pr ḥ.—[o] *ποιοῦσιν* Ξ et pr A: *ποιοῦσι πρὸς ταῦτα ξύμπαντα* mg A cum *s.—[p] *οἶμαι...ξύμ-*
σ
παντα om vf cum pr Ω, *οἶμαι μὲν οὕτω* om Ξ.—[q] *κνωσιε*, ut solet, A.—[r] *λέγωμεν* pr

τέον; Legg. vii. 23. fin. *ἐνυγροθηρευτὴν δὲ—ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ ἐξέστω θηρεύειν, μὴ χρώμενον ὀπῶν ἀναθολώσει μόνον.* xi. 8. p. 927. D. *τὴν δὲ ἄλλην νομοθεσίαν ἐπιτρόποισί τε περὶ ὀρφανοὺς, ἄρχουσί τε περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐπιτρόπων, εἰ μὴ δὴ παράδειγμα—ἐκέκτηντο αὐτοὶ —, εἶχέ τινα λόγον ἂν* cet. Cf. Kuhn. ad Ælian. V. H. ii. 13. p. 74. et Taylor. Ind. Lys. Græcit. t. vi. p. 920. ed. Reisk. Ast.

θωπείας κολακικὰς] '*Blandimenta adulatoria*, quæ soli delectationi inserviunt; quo voluptates in primis significantur, blandissimæ illæ dominæ,' ut Cicero ait, de Offic. ii. 11. Cf. infra viii. 8.—*κηρίνους*. L. vii. 2. p. 789. E. *τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε οἷον κήρινον, ἕως ὑγρόν.* Horat. Art. Poet. 163. 'Cereus in vitium flecti.' Plin. Epist. vii. 9. §. 11. 'ut laus est ceræ, mollis cedensque sequatur.' Vid. Schwarz. ad Plin. Panegyr. xlv. §. 5. Ast.

τὸν τῶν λυπῶν] Sic Bas. 1. 2. et Cod. Voss. Ald. vitiose *λοιπῶν*. Ast.

κακὸν] Non illud Noster quærit, uter malus sit, qui voluptatibus an qui doloribus succumbat: utrumque enim pro malo habet: sed illud, uter sit deterior. Legendum igitur *κακίον'*—. Ecce Fic. *Utrum igitur eum, qui dolore frangitur, an eum, qui voluptate superatur, deteriorem vocare oportet?* Simili, non eodem modo corrigo Rep. vi. p. 491. D. *ἔχει δὴ, οἶμαι, λόγον, τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν τροφῇ κάκιον ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης.* Leg. *κακίον'*. Omnino mutato, ut hic feci accentu, quantæ interdum tenebræ dispelluntur! Ita vexatissimus locus Legg. iv. p. 709. D. *Οὐκοῦν ὅ γε πρὸς ἕκαστόν τι τῶν εἰρημένων ἔχων τὴν τέχνην, κἂν εὔξασθαί που δύναιτο ὀρθῶς τι παρὸν αὐτῷ διὰ τύχης, τῆς τέχνης ἂν μόνον ἐπιδέοι*; hic igitur locus emendabitur scribendo: *δύναιτο ὀρθῶς, τί παρὸν*— hoc sensu: *Nonne igitur qui in singulis, quas dixi, rebus artem habeat, etiam rite ea precari et petere a diis poterit, quæ, modo contigerint fortuna, indigeant sola arte, ut ad bonum eventum adducantur?* Eodem modo corrigendus locus vulgo ab intpp. non intellectus x. p. 894. A. *γίγνεται δὴ πάντων γένεσις, ἡνίκ' ἄν τι πάθος ᾖ· δῆλον ὡς ὁπόταν ἀρχὴ λαβοῦσα αὔξηνˎ εἰς τὴν δευτέραν ἔλθῃ μετάβασιν.* Scribe: *ἡνίκ' ἂν τί πάθος ᾖ*; *δῆλον*—. Boeckh.

κακὸν] Boeckhius legi jubebat *κακίον'*, quia comparativus desideretur; sed *μᾶλλον* trahendum est ad *κακὸν*, qua verborum trajectione nihil apud nostrum frequentius, vid. ad c. 4. Ast.

μᾶλλον λέγομεν τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν[t] κρατούμενον, τοῦτον τὸν ἐπονειδίστως ἥττονα ἑαυτοῦ, πρότερον ἢ τὸν ὑπὸ τῶν λυπῶν.

ΑΘ. Ὁ Διὸς οὖν δὴ[u] καὶ ὁ Πυθικὸς νομοθέτης οὐ II. 634.
δή που χωλὴν τὴν ἀνδρίαν νενομοθετήκατον, πρὸς τὰ ἀριστερὰ μόνον δυναμένην ἀντιβαίνειν, πρὸς δὲ τὰ δεξιὰ[v] καὶ[w] κομψὰ καὶ θωπευτικὰ ἀδυνατοῦσαν; ἢ πρὸς ἀμφότερα;[x]

ΚΛ. Πρὸς ἀμφότερα ἔγωγε ἀξιῶ.[y]

ΑΘ. Λέγωμεν τοίνυν πάλιν,[z] ἐπιτηδεύματα ποῖα ἔσθ' ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν, ἃ γεύοντα τῶν ἡδονῶν καὶ οὐ φεύγοντα αὐτάς, καθά περ τὰς λύπας οὐκ ἔφευγεν, III. ii. 198.
ἀλλ' ἄγοντα εἰς μέσας ἠνάγκαζε καὶ ἔπειθε τιμαῖς ὥς τε κρατεῖν αὐτῶν; ποῦ δὴ τοῦτ' ἔστι ταὐτὸν περὶ τὰς ἡδονὰς συντεταγμένον ἐν τοῖς νόμοις; λεγέσθω, τί τοῦτ' ἐστὶν

ΑΩ, om ϒ.—[s] λυπῶν ΑΞΩυfhχ : λοιπῶν ς.—[t] τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν λέγομεν ϒ.—[u] δὴ om ḥ.—[v] δὲ om ΞΩυfhχ.—[w] καὶ ante κομψὰ om pr A.—[x] πρὸς ἀμφότερα om pr ḥ.

τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατούμενον] Plura hic menda comparent in libris veteribus. Bas. 1. et 2. habent τὸ—κρατούμενον; deinde pro ἥττονα Ald. ἥττον, et Basileenses libri ἧττον; denique Ald. Bas. 1. et 2. τὸ ὑπὸ τῶν λυπῶν. Liber Lov. Aldinum, ut solet, sequitur. Ficinus vero nostram scripturam reddidit. Ast.

τὸν ἐπονειδίστως] Int. οὕτω λεγόμενον: eum, qui voluptatibus succumbat, esse illum, cui ut probrum objiciatur, quod semet ipso inferior sit.—Ceterum prægresso μᾶλλον subjicitur πρότερον, ut solent comparativus et particulæ comparativæ, si orationis pondus in iis inest, abundanter fere poni. Sic Lys. 211. E. οἶμαι, νὴ τὸν κύνα, μᾶλλον ἢ τὸ Δαρείου χρυσίον κτήσασθαι δεξαίμην, πολὺ πρότερον ἑταῖρον μᾶλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον (ut qui, φίλος ἀγαθὸς, multo potior sit amicus ipso Dario). Xenoph. Cyrop. ii. 2. 12. πῶς οὐχ οὗτοι ἀστεῖοι ἂν καὶ εὐχάριτες δικαιότερον ὀνομάζοιντο μᾶλλον ἢ ἀλαζόνες; Vid. nostra ad Phædr. p. 395. et Hermann. ad Viger. p. 716. Ast.

οὐ δή που] Interrogative est: *num quid, num forte.* Ficinus absone vertit: *quare Jovis et Apollinis legum latores claudam fortitudinem non posuerint—succumbat. Imo ad utrumque sufficientem?*—In Ald. Bas. 1. et 2. χολὴν vitiose scribitur. Ast.

ποῖα ἔσθ'] Ald. Lov. et Bas. 1. ἔθ'. De dativo ὑμῖν vid. ad c. 1. Ast.

ὑμῖν—ταῖς πόλεσιν] Hic locus est cujus exemplo confirmari posse dixi [ad p. 624.] lectionem illam initio hujus libri, ταῖς πόλεσιν ὑμῖν. In iis autem quæ proxime sequuntur non puto Ficinum legisse γευόμενα, sed γεύοντα (quod hic recte redditur) confudisse cum γευόμενα: sicut antea illum γευστέον a γεύω, male interpretatum esse monui, tanquam a γεύομαι. Steph.

ἐν τοῖς νόμοις; λεγέσθω, τί κ. τ. λ.] Ald. ita interpungit: ἐν τοῖς νόμοις, λεγέσθω τί τοῦτ' ἐστίν· ὃ καὶ cet. Eandem scripturam sequuntur libri Basileenses, nisi quod post ἐστὶν interrogationis signum habent. Ficinus vertit: *ubinam vestris in legibus id conspicitur, quod æque contra voluptates sicuti contra dolores homines fortes efficiat? victoresque quorum oportet ostendat: nec ullo modo patiatur a proximis cuique intra se et gravissimis hostibus superari? Dicite obsecro, quid apud vos tale?* Stephanus ita locum constituit: ἐν τοῖς νόμοις, λεγέσθω τί τοῦτ' ἐστὶν ὃ καὶ cet. Cod. Voss. autem sic interpungit: νόμοις· λεγέσθω τί τοῦτ' ἐστίν. Nos cum Ficino et Cornario post νόμοις interrogationis signum posuimus, et in reliquis constituendis Cornarium secuti sumus, qui ver-

ὃ καὶ ἀπεργάζεται ὑμῖν[a] ὁμοίως πρός τε ἀλγηδόνας καὶ πρὸς ἡδονὰς τοὺς αὐτοὺς ἀνδρείους νικῶντάς τε ἃ δεῖ νικᾶν, καὶ οὐδαμῶς ἥττους πολεμίων τῶν ἐγγύτατα ἑαυτῶν καὶ χαλεπωτάτων.

ΜΕ. Οὕτω μὲν τοίνυν, ὦ ξένε, καθά περ πρὸς τὰς ἀλγηδόνας εἶχον νόμους ἀντιτεταγμένους πολλοὺς εἰπεῖν, οὐκ ἂν ἴσως εὐπορίην κατὰ[b] μεγάλα μέρη καὶ διαφανῆ λέγων περὶ τῶν ἡδονῶν· κατὰ δὲ σμικρὰ ἴσως εὐπορίην ἄν.

ΚΛ. Οὐ μὴν οὐδ' ἂν αὐτὸς ἔγωγε ἐν τοῖς κατὰ Κρήτην νόμοις ἔχοιμι ἐμφανὲς ὁμοίως ποιεῖν τὸ τοιοῦτον.

ΑΘ. Ὦ ἄριστοι ξένων, καὶ οὐδέν γε θαυμαστόν. ἀλλ' ἂν ἄρα τις ἡμῶν[c] περὶ τοὺς ἑκάστων οἴκοι νόμους[d] ψέξῃ[e] τι,[f] βουλόμενος ἰδεῖν τό τε ἀληθὲς ἅμα καὶ τὸ βέλτιστον, μὴ χαλεπῶς ἀλλὰ πράως ἀποδεχώμεθα ἀλλήλων.

ΚΛ. Ὀρθῶς, ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἴρηκας, καὶ πειστέον.

III. ii. 199. ΑΘ. Οὐ γὰρ ἄν, ὦ Κλεινία, τηλικοῖσδε ἀνδράσι πρέποι τὸ τοιοῦτον.

ΚΛ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΑΘ. Εἰ μὲν τοίνυν ὀρθῶς ἢ μή τις ἐπιτιμᾷ τῇ τε Λακωνικῇ καὶ τῇ Κρητικῇ πολιτείᾳ, ὁ λόγος ἂν ἕτερος εἴη· τὰ[g] δ' οὖν[h] λεγόμενα πρὸς τῶν πολλῶν ἴσως ἐγὼ μᾶλλον

—[y] ἔγωγε καὶ ἀξιῶ ℌ.—[z] πάλαι f.—[a] ἡμῖν vfℌr et rc Ω.—[b] κατὰ...ἄν om vf.—[c] ἡμῶν Afr, ἡμας Ων: ἡμᾶς *s.—[d] νόμους post τι ponit r.—[e] ἐζήτει vf et γρ ΑΩ.—[f] τι om f.—[g] ὰ post lacunam f.—[h] libri γοῦν.—[i] κεῖται Aℌr: κεῖνται *s.—

tit: *Ubi hoc idem est circa voluptates in legibus constitutum? Dicatur quid sit hoc quod.*—Ceterum hostes unicuique proximos ac gravissimos esse voluptates blandientes et in animum se insinuantes, vix opus est monere. Ast.

τὸ τοιοῦτον] Cod. Voss. τὸ τοιοῦτον, ὦ ξένοι, male.—Mox Codd. Voss. et Par. debemus ἡμῶν pro ἡμᾶς; sic et Ficinus legit vertens: *verum si quis inter nos.* Etiam sequens πράως ἀποδεχώμεθα ἀλλήλων flagitat ἡμῶν. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πιστέον. Ast.

εἰ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Laudat Euseb. Præp. Ev. xii. 1. p. 573. B. ubi pro ἢ μὴ scribitur εἰ μή. Mox vulgo ὁ λόγος legitur; Eusebius vero recte λόγος exhibet, ut Ficinus videtur legisse vertens: *utrum recte necne Laconicam et Cretensem rempublicam quis reprehendere possit, alia quæstio est.* Similiter Demosthen. Orat. π. συντάξ. p. 168. Reisk. εἰ μὲν γὰρ ἡσυχίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη—ἄλλος ἂν ἦν λόγος οὗτος.—Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πρὸς τὸν πολλῶν. Ast.

ὁ λόγος] Delendus articulus ὁ, omittente etiam Eusebio Præp. Ev. xii. p. 573. Plane geminum Aristot. Polit. iii. 2. p. 145. εἰ δὲ δίκαιον διαλύειν ἢ μὴ διαλύειν, ὅταν εἰς ἑτέραν μεταβάλλῃ πολιτείαν ἡ πόλις, λόγος ἕτερος. Mox scribendum κεῖται pro κεῖνται ex Euseb. et Theodoret. Gr. Aff. Cur. i. p. 711. et ὑμῖν ex Theodoret. et Cod. Leid. pro ἡμῖν. Boeckh. p. 104.

ἔχοιμ' ἂν ὑμῶν ἀμφοτέρων λέγειν. ὑμῖν μὲν γάρ, εἴ περ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἂν εἴη νόμων μὴ ζητεῖν τῶν νέων μηδένα ἐᾶν ποῖα καλῶς αὐτῶν ἢ μὴ καλῶς ἔχει, μιᾷ δὲ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντας συμφωνεῖν ὡς πάντα καλῶς κεῖται[i] θέντων θεῶν, καὶ ἐάν τις ἄλλως[k] λέγῃ, μὴ ἀνέχεσθαι[l] τὸ παράπαν ἀκούοντας· γέρων δὲ εἴ τίς τι ξυννοεῖ τῶν παρ' ὑμῖν,[m] πρὸς ἄρχοντά τε καὶ πρὸς[n] ἡλικιώτην μηδενὸς ἐναντίον νέου ποιεῖσθαι τοὺς τοιούτους λόγους.

ΚΛ. Ὀρθότατά γε, ὦ ξένε, λέγεις, καὶ καθά περ μάντις ἀπὼν τῆς τότε διανοίας τοῦ τιθέντος αὐτὰ νῦν ἐπι- II. 635.
εικῶς μοι δοκεῖς ἐστοχάσθαι καὶ σφόδρα ἀληθῆ λέγειν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἡμῖν τὰ νῦν ἐρημία μὲν νέων, αὐτοὶ δ' ἕνεκα γήρως ἀφείμεθ' ὑπὸ τοῦ νομοθέτου διαλεγόμενοι III. ii. 200.
περὶ αὐτῶν τούτων μόνοι πρὸς μόνους μηδὲν ἂν πλημμελεῖν;

ΚΛ. Ἔστι ταῦτα οὕτως, εἰς ἃ καὶ μηδέν γε ἀνῆς ἐπιτιμῶν τοῖς νόμοις ἡμῶν· οὐ γὰρ τό γε γνῶναί τι τῶν μὴ καλῶν ἄτιμον, ἀλλὰ ἴασιν ἐξ αὐτοῦ συμβαίνει γίγνεσθαι τῷ μὴ φθόνῳ τὰ λεγόμενα ἀλλ' εὐνοίᾳ[o] δεχομένῳ.

υ

[k] ἄλλος Ξ et pr Ω.—[l] ἀνέσθαι pr A.—[m] ὑμῖν A, ημιν Ω : ἡμῖν *s.—[n] πρὸς add Ar

ὑμῖν μὲν γὰρ] Citat Theodoret. Therapeut. Serm. i. p. 475. D. ubi, ut in Eusebii libris, μὲν post ὑμῖν deest. Deinde Euseb. et Theodor. εἰ καὶ μετρίως pro εἴπερ exhibent: et similiter Ficinus videtur legisse, quum verterit: *vobis quidem, si recte constitutæ sunt leges.* Sed recte habet εἴπερ, quod comparationem indicat reliquarum legum cum ea, quam optimam dicit: si quæ legum vestrarum bonæ sunt, hæc certe optima est, h. e. inter omnes leges bonas, quas habetis, hæc excellit.—Paulo post Theodoret. νέον et ξυμφωνεῖν (vulgo συμφωνεῖν). Ast.

ἐξ ἑνὸς στόματος] Latinorum *uno ore*, h. e. omnium consensu, satis trita est loquendi ratio. Ast.

κεῖνται] Euseb. et Theodor. κεῖται, quod reponendum esse censebant Boeckhius et Heind. ad Cratyl. p. 137. Sed similiter iii. 5. p. 683. B. καὶ ἀντὶ ποίων ποῖα μετατεθέντα εὐδαίμονα πόλιν ἀπεργάζοιντ' ἄν. Polit. i. 24. p. 353. B. ἆρ' ἄν ποτε ὄμματα τὸ ἑαυτῶν ἔργον καλῶς ἀπεργάσαιντο; Xenoph. Memor. ii. 4. 7. καὶ τὰ ὦτα προακούουσι. Cyrop. vii. 1. 2. Anab. i. 2. 27. Mag. Equit. viii. 6. Cf. Reisk. Ind. Græcit. Lysiac. p. 871. sq. t. vi. et Lycurg. p. 670. t. viii. et Fischer. ad Weller. t. iii. p. i. p. 343. Hoc, ut plura alia antiqui sermonis propria, Atticorum sermo retinuit.—Mox Euseb. ἄν τις. Illud παρ' ὑμῖν (vulgo ἡμῖν) Eusebio et Cod. Voss. debetur. Deinde ἐναντίον est *coram:* præsente juveni quopiam; vid. nostra ad Phædr. p. 252.—Post πλημμελεῖν interrogationis signum apposuimus. Ast.

εἰς ἃ] *Quapropter*, ut Herodot. ii. 103. ἐς ὅ. Legg. vi. 23. p. 784. E. εἰς τὰ τοιαῦτα. Vid. Abresch. Animadv. ad Æschyl. t. i. p. 663. et Valckenar. ad Eurip. Phœniss. p. 234. Ast.

§. 8. ΑΘ. Καλῶς. οὐ μὴν ἐπιτιμῶν γε[p] ἐρῶ τοῖς νόμοις πω πρὶν βεβαίως εἰς δύναμιν διασκέψασθαι, μᾶλλον δὲ ἀπορῶν. ὑμῖν γὰρ ὁ νομοθέτης μόνοις[q] Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, ὧν ἡμεῖς πυνθανόμεθα, τῶν μεγίστων ἡδονῶν καὶ παιδιῶν ἐπέταξεν ἀπέχεσθαι καὶ μὴ γεύεσθαι, τὸ[r] δὲ τῶν λυπῶν καὶ φόβων, ὅ περ ἄρτι διεληλύθαμεν, ἡγήσατο εἴ τις ἐκ παίδων φευξεῖται διὰ τέλους, ὁπόταν εἰς ἀναγκαίους ἔλθῃ πόνους καὶ φόβους καὶ λύπας, φευξεῖσθαι τοὺς ἐν ἐκείνοις γεγυμνασμένους καὶ δουλεύσειν αὐτοῖς. ταὐτὸν δὴ τοῦτ', οἶμαι, καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἔδει διανοεῖσθαι τὸν αὐτὸν νομοθέτην, λέγοντα αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν ὡς ἡμῖν[s] ἐκ νέων[t] εἰ[u] ἄπειροι τῶν μεγίστων ἡδονῶν οἱ πολῖται γενήσονται, καὶ ἀμελέτητοι γιγνόμενοι ἐν ταῖς ἡδοναῖς[v] καρτερεῖν καὶ
III. ii. 201. μηδὲν τῶν αἰσχρῶν ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονάς, ταὐτὸν πείσονται τοῖς ἡττωμένοις τῶν φόβων, δουλεύσουσι[w] τρόπον ἕτερον καὶ ἔτ' αἰ-

et supra versum Ω.—[o] ἐννοίαι pr A.—[p] ἐπιτιμῶν γε ΑΩυfḫχ: γε ἐπιτιμῶν ς.—[q] νόμοις A.—[r] τὰ f.—[s] ἡμῖν γε f.—[t] ἐκ νέων om χ.—[u] οἱ χ.—[v] ἐν ταῖς ἡδ. γιγν. f.

§. 8. ἀπορῶν] Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀπορῶ. Ficinus autem, quem Stephanus haud dubie secutus est, vertit: *ego tamen non reprehendendo, antequam pro viribus diligenter considerem, sed dubitando potius verba faciam.* Cornar. ἀπορῶ expressit: *imo potius ambiguus hæreo.* Ast.

τὸ δὲ τῶν λυπῶν] Cod. Voss. τῶν δὲ τῶν λυπῶν, male. Τὸ δὲ et τὰ δὲ cum secundo substantivorum casu ita conjungi constat, ut simplicis nominativi vel accusativi vim habeant. Sic i. 16. fin. τό τε τῆς εὐτελείας. ii. 4. τὸ δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν. c. 10. τό γε τῆς χάριτος. iii. 6. p. 685. A. τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως. iv. 5. τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων. vi. 9. τὰ τῶν οἰκετῶν. viii. 6. τὸ τῆς φήμης. c. 8. ἢ τὸ μὲν τῶν ἀῤῥένων πάμπαν ἀφελοίμεθ' ἄν, τὸ δὲ γυναικῶν cet. viii. 1. 828. C. 3. p. 832. C. ix. 6. 862. C. xii. 3. p. 947. D. Vid. Marcland. ad Lys. t. v. p. 445. ed. Reisk. Wernsdorf. ad Himer. p. 191. Schäfer. Melet. Crit. p. 31. sq. et Matthiæ Gr. Gr. p. 395. sq.—ἄρτι, vid. c. 7. p. 634. A. Ast.

ἀμελέτητοι] *Non exercitati atque instructi ad voluptates superandas, ne quid turpe facere cogantur.* Ast.

γιγνόμενοι ἐν ταῖς ἡδοναῖς] *Si in voluptatibus versantur*, i. e. si voluptatibus tenentur; γίγνεσθαι enim ἐν τινὶ (vel, ut vulgo scribunt, ἔν τινι, quod minus rectum esse judico) est ἔχειν τι, vel versari in aliqua re, ut ii. 3. ἐν πράξεσί τε παντοδαπαῖς γιγνόμενα καὶ τύχαις cet. Vid. Abresch. Diluc. Thucyd. Auct. p. 403. Villoison. ad Long. iv. p. 242. et L. Bos. Ellips. p. 412.—Ceterum male ἀμελέτητοι et γιγνόμενοι vulgo conjunguntur, et in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. adeo comma extat post γιγνόμενοι, quo sensus egregie turbatur; participium enim, nisi ad ἐν ἡδοναῖς refertur, locum habere nequit. Etiam in sequentibus male, si quid video, verba ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς (*propter mollem et quasi teneram ad voluptates inclinationem*; sic γλυκυθυμία apud Plutarch. vit. Themistocl. p. 117. B.) prægressis junguntur ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν, quum ad ταυτὸν πείσονται pertineant. Ast.

δουλεύσουσι] Stephanus locum manifesto corrupit interponens τε post δουλεύσουσι, quod fortasse e Ficini translatione depromsit; ita enim Ficinus: *et modo quodam alio et turpiore illis ser-*

σχίω τοῖς γε[x] δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς κεκτημένοις τὰ[y] περὶ τὰς ἡδονάς, ἀνθρώποις ἐνίοτε παντάπασι κακοῖς, καὶ τὴν ψυχὴν τῇ μὲν δούλην τῇ δὲ[x] ἐλευθέραν ἔξουσι, καὶ οὐκ ἄξιοι ἁπλῶς ἀνδρεῖοι καὶ ἐλευθέριοι[a] ἔσονται προσαγορεύεσθαι. σκοπεῖτε οὖν εἴ τι τῶν νῦν λεγομένων ὑμῖν κατὰ τρόπον δοκεῖ λέγεσθαι.

ΚΛ. Δοκεῖ μὲν ἡμῖν γέ πως λεγομένου τοῦ λόγου, περὶ δὲ τηλικούτων εὐθὺς πεπιστευκέναι ῥᾳδίως μὴ νέων τε ἦ[b] μᾶλλον καὶ ἀνοήτων.

—[w] δουλεύσουσι ΑΞΩυfῆχ : δουλεύσουσί τε ς.—[x] τε f.—[y] τὰ om Ξ.—[z] τὴν δὲ f.

vient. Sæpenumero in Platonis libris hoc in errorem induxit Stephanum, quod particulas explicationi inservientes cum vi quadam omitti non animadverterat, vid. ad c. 4. Bene Cornar. si ex sensu rem æstimes, vertit: *Servient enim alio quodam modo*. Nos, ubi prægressis aliquid adjicimus, quod eorum explicationi inservit, duo puncta ponere solemus, ut h. l. verteremus: *so wird ihnen dasselbe begegnen, was denen widerfährt, die der Furcht unterliegen: sie werden auf eine andere und noch schändlichere Weise denen dienen* cet. Quod quidem interpunctionis signum, nisi moris esset hodierni, libenter ad veterem Platonis orationem accommodassem. Ast.

τοῖς κεκτημένοις τὰ περὶ τὰς ἡδονὰς] *Iis, qui habent*, h. e. *qui tenentur voluptatibus* (ut iii. 13. p. 696. C. τὸν τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας κεκτημένον. ix. 10. p. 870. C. αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ τὸν φθόνον. Similiter xi. 4. p. 919. D. διακονίαν—κεκτημένος), quod tamen h. l. ubi præcedit τοῖς γε δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, ineptum esset additamentum; quocirca τοῖς κεκτημένοις ambigue ita positum esse debet, ut sit: qui voluptates habent (i. e. voluptatibus tenentur) earumque domini sunt, quod non solum prægresso δουλεύσουσι respondet, verum etiam verba τοῖς γε δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς uberius explicat (καὶ est *nempe: servient iis, qui in voluptatibus sibi temperare possunt, nempe iis, qui earum domini sunt*). Scilicet ὁ κεκτημένος eximie dicitur *dominus* et possessor, velut viii. 9. p. 842. E. ἐπ' ἐσχατιᾶς κεκτημένος ἄλλῳ ξένῳ γειτονῶν. ix. 15. p. 879. A. παραδότω τὸν δοῦλον ὁ κεκτημένος τῷ τρωθέντι χρῆσθαι ὅ τι ἂν ἐθέλῃ. c. 17. fin. παραλαβὼν ὁ κεκτημένος παρὰ τοῦ πληγέντος δεδεμένον αὐτὸν (τὸν δοῦλον). Cf. Xenoph. Œconom. i. 5. xx. 22. Memor. Socrat. iv. 2. 9. Vid. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 4. ad Julian. p. 29. A. et Pierson. ad Mœr. Attic. v. κεκτῆσθαι.—Ceterum τὰ cum περὶ et accusativo nota est substantivi circumlocutio, ut infra τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς et ἡ περὶ ταῦτα ἡδονή. ii. 3. init. τὰ περὶ τὰς χορείας. iii. 14. p. 698. A. Τὰ δὲ περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν (i. e. τὴν δὲ τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν). vii. 6. p. 796. E. Τὸ τοίνυν τούτοις ἑξῆς περὶ τὰ τῶν Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλωνος δῶρα. viii. 6. p. 837. C. τὴν περὶ τὸ σῶμα πλησμονήν. ix. 9. p. 867. D. καὶ τὰ περὶ τὸν φόνον ἀγριωτέρως ἂν πράξειεν.—Mox male in Steph. et Bip. post ἀνθρώποις interpungitur, quum ad sequentia illud pertineat. Ficinus: *pessimis forsan hominibus;* et Cornar. *hominibus aliquando penitus malis*. Ast.

ἐλεύθεροι] Steph. adscripsit: γρ. ἐλευθέριοι. Et sic Cod. Voss. exhibet. Ficinus vero *liberi* vertit, et ἐλεύθεροι, quod libri editi omnes habent, sensui accommodatius est. Ast.

κατὰ τρόπον] *Recte, convenienter*, ut c. 10. p. 638. C. οὐδαμῶς δρᾷν κατὰ τρόπον. c. 11. p. 641. B. παιδὸς ἑνὸς ἢ καὶ χοροῦ παιδαγωγηθέντος κατὰ τρόπον ἑνός. iii. 3. 681. B. c. 7. p. 687. A. xi. 11. p. 931. A. xii. 2. 942. A. Epinom. 11. p. 989. D. c. 12. p. 991. D. Tim. 84. A. Ast.

μὴ—εἴη] Pro solœco εἴη leg. ᾖ. Cf. Hoogev. D. P. p. 487. ed. Dessav. Contraria ratione sanandus Alcib. pr. p. 111. E. Τί δ'; εἰ βουληθείημεν εἰδέναι μὴ μόνον ποῖοι ἄνθρωποί εἰσιν, ἀλλ' ὁποῖοι ὑγιεινοὶ ἢ νοσώδεις, ἆρα ἱκανοὶ ἂν ἡμῖν

ΑΘ. Ἀλλ' εἰ τὸ μετὰ ταῦτα διεξίοιμεν ὧν προὐθέμεθα, ὦ Κλεινία τε καὶ Λακεδαιμόνιε ξένε—μετ' ἀνδρίαν γὰρ δὴ σωφροσύνης πέρι λέγωμεν[c]—, τί διαφέρον ἐν ταύταις ταῖς πολιτείαις ἢ ταῖς τῶν εἰκῇ πολιτευομένων ἀνευ-
II. 636. ρήσομεν, ὥς περ τὰ περὶ τὸν πόλεμον νῦν δή;

ΜΕ. Σχεδὸν[d] οὐ ῥᾴδιον· ἀλλ' ἔοικε γὰρ τά τε ξυσσίτια καὶ τὰ γυμνάσια καλῶς εὑρῆσθαι πρὸς ἀμφοτέρας.
III. ii. 202. ΑΘ. Ἔοικε δῆτα, ὦ ξένοι, χαλεπὸν εἶναι τὸ περὶ τὰς πολιτείας ἀναμφισβητήτως ὁμοίως ἔργῳ καὶ λόγῳ γίγνεσθαι. κινδυνεύει γάρ, καθά περ ἐν τοῖς σώμασιν, οὐ δυνατὸν εἶναι προστάξαι τι πρὸς ἓν σῶμα ἓν ἐπιτήδευμα, ἐν ᾧ

—[a] ἐλευθέριοι ΑΩℌ: ἐλεύθεροι *s.—[b] ηἶ A: εἴη *s.—[c] λέγομεν f.—[d] Σχεδὸν...]

ἦσαν διδάσκαλοι οἱ πολλοί; Non Græcum est ἂν ἦσαν prægresso εἰ βουληθείημεν. Leg. ἂν ἡμῖν εἴησαν. Hæc forma passim in Atticis scriptoribus oblitterata est, ut apud Xenoph. Mem. i. 4. 2. ubi v. Ruhnk. et apud Lysiam c. Philocr. t. v. p. 834. ubi nunc recte legitur. Est etiam in Platonicis ut Epinom. p. 975. A. Eryx. p. 392. C. p. 393. C. p. 394. D. et apud Aristot. passim. Boeckh. p. 104.

μὴ—ℌ] Sic pro solœco εἴη scribendum esse, monuit jam Boeckhius p. 104. Vid. ad Polit. i. 15. Ast.

τί διαφέρον] Sic recte Lov. et Stephan. exhibent, quum in Ald. Bas. 1. et 2. τὶ διαφέρον scribatur. Ficinus: *quam differentiam inveniemus inter has et ceteras resp.* Deinde post νῦν δὴ interrogationis signum posuimus, quod in Ficino quoque et Bas. 1. 2. comparet. Ad prægressum διεξίοιμεν objectum, quod dicitur, petendum est e verbis ὧν προὐθέμεθα: si *qua* deinceps consideraverimus *ex iis*, quæ proposuimus. Genitivus enim in partitione ita usurpari solet (vulgo intelligunt τί vel præpositionem ἐκ, ἀπὸ, al. Vid. Marcland. ad Lys. Epitaph. t. v. p. 114.) vid. ad vi. 9. Τὸ ante μετὰ ταῦτα cum his ipsis verbis conjungendum est; adverbialiter enim τὸ μετὰ ταῦτα, τὸ ἀπὸ τούτου, adhibentur, vid. Viger. de Idiotism. p. 23. ed. Herm. Ast.

ὥσπερ τὰ περὶ τὸν πόλεμον] Quemadmodum nunc invenimus in his, quæ ad bellum spectant, præstantiores esse has (Creticam et Lacedæmoniam) civitates aliis, quæ certis bonisque legibus carent. Accusativus τὰ rationem vel respectum (relationem vocant) indicat; vulgo supplent præpositionem κατά. Ast.

σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον] Int. εἰπεῖν: *difficile, ni fallor, dictu est*, difficilis, opinor, quæstio est. Ast.

πρὸς ἀμφοτέρας] Int. τὴν ἀνδρίαν et τὴν σωφροσύνην. Male interpretes ad civitates trahunt, quod sensum non habet; in sequentibus enim Atheniensis probat, convivia illa et exercitationes corporis ad solam spectare *fortitudinem*, et tantum abesse, ut in amoris voluptate *temperantiam* adjuvent, ut naturalem illam cupiditatem prorsus perverterint; ex illa enim gymnasiorum et conviviorum consuetudine perversum illum puerorum amorem extitisse. Ast.

τὸ ἀναμφισβητήτως—γίγνεσθαι] Circa civitates s. leges ita certum esse, h. e. tam certas leges (quæ nihil controversiæ vel dubitationis habeant) statuere, ut res ipsa s. eventus respondeat legis latoris consilio; fit enim sæpenumero, ut lex alium eventum habeat quam, qui eam condidit, cogitabat. Is, qui legis latoris consilium perspexit, probat ipsius leges, eventus vero reprobat. Sic opponuntur inter se ἔργον (*res ipsa, eventus*) et λόγος (*oratio, consilium, cogitatio*), ut constat. Adverbium ἀναμφισβητήτως pro adjectivo positum est, ut solet; sic iii. 6. p. 685. C. ἡ τῆς Τροίας ἅλωσις τὸ δεύτερον. Polit. vi. 15. p. 504. C. μετρίως γίγνεται, ubi v. nostra. Cf. quæ exposuimus de hoc loquendi genere in Ephemerid. Landishut. t. iii. Fascic. ii. p. 133. Ast.

οὐκ ἂν φανείη ταὐτὸν τοῦτο τὰ μὲν βλάπτον τὰ ἡμῶν[e] σώματα, τὰ δὲ καὶ ὠφελοῦν, ἐπεὶ καὶ τὰ γυμνάσια ταῦτα καὶ τὰ ξυσσίτια πολλὰ μὲν ἄλλα νῦν ὠφελεῖ τὰς πόλεις,

non alteri dant ΞΩ.—[e] τὰ ἡμῶν AΞΩrfhx : ἡμῶν τὰ s.—[f] μελησίων Ξ.—[g] παλαιὸν

ὃ οὐκ ἂν φανείη] Vulgo ἐν ᾧ, quod orationis nexum tollit; subjectum enim esse debet ἐπιτήδευμα, quod partim prodesse partim obesse corpori nostro dicitur; quocirca ᾧ in ὃ mutavimus; ἐν ante ᾧ e prægresso ἓν facile potuit enasci. Ast.

ταυτὸν τοῦτο] Int. ἓν ἐπιτήδευμα ὄν: etsi idem ipsum sit (quod epexegesi inservit), tamen partim obest, partim prodest corpori nostro. Sensus est: sicut in corpore, ita etiam in civitate difficile est aliquid præscribere, quod non eam ipsam ob causam (int. quod singulare quid est) partim prosit, partim obsit; velut exercitatio gymnastica, quam leges Creticæ et Lacedæmoniæ præscribunt, hanc ipsam ob causam, quod ad corporis robur spectat, hac quidem ex parte corpus adjuvat, ex altera vero ipsi nocet (pervertit enim, ut infra exponitur, naturalem amoris appetitionem). Oratio paulo impeditior est, quia, quod in comparatione: καθάπερ ἐν τοῖς σώμασι poni debebat, id primariæ enuntiationi adjunctum est. Hoc dicere voluit scriptor: quemadmodum corpori a medico nulla vivendi ratio præscribi potest, quæ non partim ipsi prosit, partim obsit, sic etiam in civitate nullum fere institutum reperitur, quin et utilitatis et detrimenti quid afferat. Interpretes a vero orationis sensu aberrarunt.—Ceterum τί ad ἓν ἐπιτήδευμα trahendum est, sicuti dicitur εἷς τις, ἕν τι. Sic iv. 2. p. 705. D. x. 9. xii. 9. p. 959. E. Vid. ad Phædr. p. 270. et Polit. v. 21. p. 478. B. Ast.

φανείη—βλάπτον] Est *aperte* s. manifesto *noceat*, v. Fischer. ad Weller. t. iii. p. ii. p. 49. Plurale deinde σώματα non adversatur prægresso πρὸς ἓν σῶμα; hoc enim generale est: uni corpori (int. civium alicujus urbis) ejusdem naturæ ac constitutionis. Ast.

γυμνάσια—καὶ τὰ ξυσσίτια] Convictus et gymnasia in seditionibus sunt perniciosa, quod inter illos facile conjuratio fit, hæc corpora animosque ita roborant, ut nisi externa incidant bella, civitatem ipsam adoriantur. Apud Milesios gravis seditio orta Ol. xciii. 4. Cf. Diod. Sic. xiii. 104. t. i. p. 626. Bœoti pluribus illa ætate turbis vexati sunt. Postremo apud Thurios, qui notati sunt mali causa regiminis (v. Bentl. Resp. ad Boyl. p. 191. ed. Lennep.) magnus tumultus fuit Ol. lxxxiii. 3. (Diod. Sic. xii. 11. t. i. p. 485.) apud quos nimia exercitatione juvenes ad pugnam facti erant justo proniores (Aristot. Polit. v. 7. p. 331.). Mox Cod. Leid. a quo nihil differt liber Stephani, quicum adeo in iis convenit, quæ soli scribæ tribueris, ille igitur legit παλαιῶν νόμων. Non placet. Correxerim: πάλαι ὂν νόμιμον. Jam illud καὶ κατὰ φύσιν, τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς aperte in mendo jacet. Κατὰ φύσιν indubie pertinet ad ἡδονὰς, ut C. ἡ περὶ ταῦτα ἡδονὴ κατὰ φύσιν ἀποδεδόσθαι δοκεῖ. Itaque scribo: καὶ τὰς κατὰ φύσιν περὶ τ. ἀ. ἡ. Vett. edd. τὰς περὶ τὰ ἀφροδ. καὶ ἡδ. Male. Statim C. est: ἡ περὶ ταῦτα ἡδονή. Rep. iii. p. 389. E. ἄρχοντας τῶν περὶ πότους καὶ ἀφροδίσια καὶ περὶ ἐδωδὰς ἡδονῶν. p. 403. A. μείζω δέ τινα καὶ ὀξυτέραν ἔχεις εἰπεῖν ἡδονὴν τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια; Quod correxi, Fic. nisi in libris habuit, at transtulit certe. *Atqui*, inquit, *studia hæc prisca ex lege vobis consueta sunt, videnturque naturales venereorum voluptates non in hominibus solum, sed in bestiis pervertisse.* Dictum de bestiis refert hyperbolen: similia sunt Rep. viii. p. 562. E. p. 563. C. coll. Legg. xii. p. 942. D. E gymnasiis autem puerilem amorem promanasse, haud raro significant veteres, ut Aristoph. Nub. 973. Cic. Tusc. iv. 33. Fragm. Legg. apud Lactant. Institutt. i. 20. Athen. xiii. p. 602. D. Xenoph. Ephes. iii. 2. p. 53. Locell. quamobrem et Cretenses ac Lacedæmonii eum primum dicuntur exercuisse. Mox quod ait de Ganymede, eam fabulam inde a Pindaro ita exponunt, quasi ejus Jupiter amator fuisset. V. Pindar. Olymp. i. 69. coll. prægressis; Æschyl. apud Athen. xiii. p. 602. E. Eurip. Orest. 1392. Cyclop. 575. Plat. Phædr. p. 255. C. Xenoph. Sympos. viii. 30. Cic. Tusc. iv. 33. Lucian. Dial. Jov. et Ganym. iv. Jov. et Junon. V. Athen. xiii. p. 601. F. Clem. Alex. Protr. p. 9. 49. p. 14.

πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά· δηλοῦσι δὲ Μιλησίων[f] καὶ Βοιωτῶν καὶ Θουρίων παῖδες. καὶ δὴ καὶ παλαιὸν νόμιμον[g] δοκεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα καὶ κατὰ φύσιν, τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς[h] οὐ μόνον ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ θηρίων

o o

νόμον v et pr AΩ, *παλαιῶν νόμων* rc A : *νόμιμον* mg A. *πάλαι ὂν νόμιμον* Boeckh.

42. Justin. M. Apol. p. Christ. p. 50. D. Paris. Theodoret. Gr. Aff. Cur. iii. p. 767. et p. 788. Boeckh. p. 105, 106.

πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπὰ] Recte Cornar. vertit: *sed ad seditiones maligna* (potius: *periculosa, timenda*) *sunt*. Significatur enim non id, quod est (ut sit: in seditionibus), sed, quod fit vel fieri solet ac potest. Ast.

Μιλησίων] De seditione apud Milesios orta (Olymp. xciii. 4.) cf. Diodor. Sic. xiii. 104. t. i. p. 626. Bœotos constat pluribus illa ætate turbis vexatos fuisse, ut bene jam Boeckhius monuit. Et de Thuriis (Thurium s. Thurii urbs Calabriæ, olim Sybaris dicta, v. Matthæi ad Lys. vit. p. 159.) in magnis illi erant seditionibus Olymp. lxxxiii. 3. Vid. Diodor. Sic. xii. 11. t. i. p. 485. et Taylor. vit. Lys. p. 109. t. vi. Nimia apud eos exercitatione juvenes feruciores et ad pugnam justo proniores factos esse, monet, ut bene jam Boeckhius observavit, Aristoteles Polit. v. 7. Ast.

παλαιὸν νόμιμον] Alia etiam est hujus loci lectio, *παλαιῶν νόμων δοκεῖ* etc. Steph.

παλαιὸν νόμιμον] Cod. Voss. et Par. *παλαιῶν νόμων* (in Cod. Par. superscriptum est *παλαιὸν νόμον. γρ. νόμιμον*). Boeckhius scribi volebat *πάλαι ὂν νόμιμον*, quod si velimus, nulla locus indigebit correctione; namque *ὂν* facile intelligitur, quum sexcenties omissum reperiatur (vid. iii. 15.) et *παλαιὸν* est i. q. *ἐκ παλαιοῦ*, inde a pristinis temporibus, ut apud Xenophont. de Vectigal. iv. §. 2. *Οὐκοῦν, ὅτι μὲν παλαιὰ ἐνεργά ἐστι* (*τὰ ἀργύρια*), *πᾶσι σαφές*; Heind. ad Sophist. p. 319. *νόμιμον* substantivi vim habere arbitrabatur, verba ita capiens: *καὶ δὴ καὶ παλαιὸν νόμιμον δοκεῖ* (*εἶναι*) *τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα*, et male loca, ubi *νόμιμον* cum articulo conjunctum est (ut Epist. vii. p. 327. B. *τὰ τυραννικὰ νόμιμα*. Phædr. 265. A. *τῶν εἰωθότων νομίμων*. Adde c. 11. *τοῦτο τὸ νόμιμον*. Lys. adv. Andoc. p. 253. t. v. *κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον*.) cum iis confundens, ubi articulus deest; namque, articulo apposito, substantivi partes agit, ut adjectiva solent, velut *τὸ πιστὸν* apud Thucyd. i. 68. *τὸ βραδὺ* c. 84. Igitur non ratio grammatica est, qua offendor in his verbis, sed sensus, qui *τὸ παλαιὸν*, deleto *νόμιμον*, mihi videtur postulare: præterea videtur mihi inde a priscis temporibus s. jam olim hoc institutum naturalem amoris appetitionem corrupisse. Sic *τὸ παλαιὸν* Cratyl. p. 401. C. *ἐοίκαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ παλαιὸν ἐσίαν καλεῖν τὴν οὐσίαν*. p. 419. A. *ἐὰν ἀντὶ τοῦ ε̄ τὸ ἰῶτα ἀποδιδῷς, ὥσπερ τὸ παλαιόν*. Vox *νόμιμον* a librario addi poterat, qui, quum *τὸ παλαιὸν* non cepisset, substantivum vel adjectivum deesse opinaretur. Ast. qui sic in Addend. 'Sensum, quem orationis cohærentia poscit, etiam vulgata scriptura præbet, si verba ita explicas: *καὶ δὴ καὶ δοκεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα παλαιὸν* (h. e. *ἐκ παλαιοῦ*) *νόμιμον* cet. ut *παλαιὸν νόμιμον, a pristinis inde temporibus consuetum*, sit i. q. *antiquum*. Loco Xenophontis de Vectig. iv. §. 2. quem citavimus, adde illum Histor. Græc. v. 2. §. 32. *εἰ δ' ἀγαθὰ* (*πεπραγὼς εἴη*), *ἀρχαῖον εἶναι νόμιμον* (int. *ἔλεγεν*), *ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν*.'

κατὰ φύσιν] Vertit et Ficin. hunc locum quasi aliter legerit. Steph.

κατὰ φύσιν] Vulgo scribitur *καὶ κατὰ φύσιν, τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς* (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *καὶ ἡδονὰς*), quod sensu caret. Verba *κατὰ φύσιν* ad *ἡδονὰς* pertinere; igitur *τὰς* iis præponendum esse, et sensus docet (in sequentibus enim notantur voluptates illæ *παρὰ φύσιν*) et Ficinus ostendit, qui vertit: *videnturque naturales venereorum voluptates non in hominibus solum, sed in bestiis pervertisse*. Similiter Cornar. locum reddidit. Præterea *καὶ* ante *τὰς κατὰ φύσιν* expunximus, quia, prægresso *καὶ δὴ καὶ* (*quin etiam*), orationis turbat cohærentiam.—Mox Bas. 1. et 2. *ἡμετέρας*. Ast.

διεφθαρκέναι. καὶ τούτων τὰς ὑμετέρας[i] πόλεις πρώτας ἄν τις αἰτιῶτο καὶ ὅσαι τῶν ἄλλων μάλιστα ἅπτονται τῶν γυμνασίων· καὶ εἴτε παίζοντα εἴτε σπουδάζοντα ἐννοεῖν δεῖ[k] τὰ τοιαῦτα, ἐννοητέον ὅτι τῇ θηλείᾳ καὶ τῇ τῶν ἀῤῥένων φύσει εἰς κοινωνίαν ἰούσῃ τῆς γεννήσεως ἡ περὶ ταῦτα ἡδονὴ κατὰ φύσιν ἀποδεδόσθαι δοκεῖ, ἀῤῥένων δὲ πρὸς ἄῤῥενας ἢ θηλειῶν πρὸς θηλείας παρὰ φύσιν, καὶ τῶν πρώτων τὸ τόλμημα εἶναι δι' ἀκράτειαν ἡδονῆς. πάντες δὲ δὴ Κρητῶν τὸν περὶ τὸν[l] Γανυμήδη μῦθον κατηγοροῦμεν, ὡς λογοποιησάντων τούτων·[m] ἐπειδὴ παρὰ Διὸς αὐτοῖς οἱ III. ii. 203.
νόμοι πεπιστευμένοι[n] ἦσαν γεγονέναι, τοῦτον τὸν μῦθον προστεθεικέναι[o] κατὰ τοῦ Διός, ἵνα ἑπόμενοι δὴ τῷ θεῷ καρπῶνται καὶ ταύτην τὴν ἡδονήν. τὸ μὲν οὖν τοῦ μύθου χαιρέτω, νόμων δὲ πέρι διασκοπουμένων ἀνθρώπων ὀλίγου πᾶσά ἐστιν ἡ σκέψις περί τε τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας ἔν τε πόλεσι καὶ ἐν ἰδίοις ἤθεσι·[p] δύο γὰρ αὗται πηγαὶ

—[h] καὶ ἡδονὰς Ξ.—[i] ἡμετέρας Ξν.—[k] δὲ f.—[l] alterum τὸν om Ωfhr.—[m] τοῦτον r.—[n] πᾶσιστευμένοι f.—[o] προστεθειμένους f.—[p] ἤθεσι ΑΩrfhr.—[q] ἀρυτόμενος Avfr

τῶν γυμνασίων] Cicero Tusc. Disput. iv. 33. 'Mihi quidem hæc in Græcorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius: Flagiti principium est nudare inter civis corpora.' Cf. Aristoph. Nub. 973. Athen. xiii. p. 602. D. Plutarch. Amator. p. 751. F. Xenophon Ephes. iii. 2. p. 53. ed. Locell. Ast.

παρὰ φύσιν] D. Clemens vi. Const. Apostol. c. xxvii. παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μῖξιν eam vocat, et l. vii. 3. παρὰ φύσιν κακόν. Lactantius de Fals. Relig. c. 10. 'adulterium contra naturam.' Cf. infra viii. 8. p. 841. D. Ast.

πάντες δὲ δὴ Κρητῶν κ. τ. λ.] Verba ita capienda sunt: omnes vero Cretensibus fabulam de Ganymedis raptu crimini damus. Κρητῶν interpretes ad μῦθον trahunt, quum e verbo κατηγοροῦμεν pendeat: Cretensibus hoc crimini damus s. ut probrum objicimus, quod fabulam de Jovis amore et Ganymedis raptu finxerint (ὡς λογοποιησάντων τούτων pro accusativo cum infinitivo positum est, vid. ad c. 1. λογοποιεῖν vero est *fingere, comminisci*, ut apud Xenoph. Cyrop. ii. 2. 13. ἐν ᾠδαῖς καὶ λόγοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν. Suidas: λογοποιῶν· πλάττων λόγους ψευδεῖς). Deinde προστεθεικέναι itidem e verbo κατηγοροῦμεν pendet. Orationis cohærentia clarior erit, si translationem vernaculam apposuerimus: *alle aber geben wir den Kretern es Schuld, die Fabel vom Ganymedes erdichtet zu haben: weil* (nehmlich) *der Glaube geherrscht, dass ihre Gesetze vom Zeus stammten, so hätten sie diese Fabel gegen den Zeus hinzugefügt, um nach des Gottes Beispiel auch diese Lust zu geniessen.* De Ganymedis fabula, quem Jupiter dicitur rapuisse, vide quæ collegerunt Boeckhius, Heyn. ad Iliad. xx. 234. et Moser. in Nonn. Dionys. p. 175. et ad verba Κρητῶν—κατηγοροῦμεν cf. Hemsterhus. ad Lucian. Deor. Dialog. iv. t. ii. p. 257. Bip. Ast.

τούτων] Legitur etiam τοῦτον; sed videri etiam possit deesse καὶ ante ἐπειδὴ, ut intell. κατηγοροῦμεν ὡς λογοποιησάντων, καὶ προστεθεικέναι pro προστεθεικότων. Vel subaud. φαμὲν sive λέγομεν. Steph.

ἔθεσι] Steph. ἤθεσι, sine causa: et ἤθη poetis magis, quam prosaicis scriptoribus, in usu. Bip.

ἔθεσι] Cod. Voss. ἤθεσι, et sic Ste-

μεθεῖνται φύσει ῥεῖν, ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος[q] ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπότε καὶ ὁπόσον εὐδαιμονεῖ, καὶ πόλις ὁμοίως καὶ ἰδιώτης καὶ ζῶον ἅπαν, ὁ δ' ἀνεπιστημόνως ἅμα[r] καὶ ἐκτὸς τῶν καιρῶν τἀναντία ἂν ἐκείνῳ ζῴη.

§. 9. ΜΕ. Λέγεται μὲν ταῦτα, ὦ ξένε, καλῶς πως, οὐ μὴν ἀλλ' ἀφασία γ' ἡμᾶς λαμβάνει τί ποτε χρὴ λέγειν πρὸς ταῦτα. ὅμως δ' ἔμοιγε ὀρθῶς δοκεῖ τὸ τὰς ἡδονὰς φεύγειν διακελεύεσθαι τόν γε ἐν Λακεδαίμονι[s] νομοθέτην· περὶ δὲ τῶν ἐν Κνωσῷ νόμων ὅδε, ἂν ἐθέλῃ,[t] βοηθήσει. τὰ δ' ἐν
II. 637. Σπάρτῃ κάλλιστ' ἀνθρώπων δοκεῖ μοι κεῖσθαι τὰ περὶ τὰς ἡδονάς· οὗ γὰρ μάλιστ' ἄνθρωποι καὶ μεγίσταις προσπίπ-

et corr Ω : ἀρυττόμενος *s.—[r] ἅπαν t.—[s] οὐ λακεδαίμονες f.—[t] ἐθέλῃι AΩrfht :

phanus conjiciebat, explicans: *in privatis sedibus*; 'est enim,' addit, 'et in soluta oratione aliquis hujus verbi usus in hac quoque significatione.' Hoc quidem verum est (vid. Alberti ad Hesych. h. v. Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 236. vel 495. ed. Schäfer. et Boissonad. ad Philostrat. p. 431. Male dubitavit Heind. ad Phædon. §. 70. apud Atticos illud sic poni; ita enim l. ix. 8. p. 865. E. *ὁρῶν τε τὸν ἑαυτοῦ φονέα ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς τῆς ἑαυτοῦ ξυνηθείας ἀναστρεφόμενον*), sed rectius h. l. habet ἔθεσιν. Est enim ἔθος *consuetudo* s. mos; et sicuti voce πόλεσι leges publicæ significantur, ita ἔθεσι instituta privata. Sic semper fere *νόμοι* et ἔθη (*leges publicæ* s. scriptæ et *mores* s. instituta privata) modo opponuntur sibi, modo conjunguntur. Xenoph. Mem. iii. 9. §. 1. *ὁρῶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς νόμοις τε καὶ ἔθεσι τρεφομένους πολὺ διαφέροντας ἀλλήλων τόλμῃ.* Pertinet huc Suidæ glossa: ἔθος, *νόμος ἄγραφος*. L. iii. 3. p. 680. A. ἀλλ' ἔθεσι καὶ *τοῖς λεγομένοις πατρίοις νόμοις ἑπόμενοι ζῶσιν*, ubi oppositum est *τοῖς γράμμασι*. Cf. vii. 4. p. 793. A. viii. 8. p. 841. B. Adde Politic. 295. A. 298. D. 299. C. 301. A. Vid. Artemidor. Oneirocr. iv. 2. et nostra ad Phædr. p. 238. Ceterum creberrima harum vocum confusio est, v. Lennep. ad Phalar. Epist. 129. p. 350. et Schweighæuser. ad Polyb. i. 65. 7. Sic etiam in Demosthen. Orat. pro Coron. p. 317. (351. C. ed. H. Wolf.) ἔθεσι pro ἤθεσι scribendum esse judico; cf. ejusd. Orat. adv. Lept. p. 488. 490. in Androt. p. 610. adv. Aristocrat. p. 661. Ast.

ἀρυττόμενος] Scribendum ἀρυτόμενος, ut habet Suid. v. Ἀρύτεσθαι et Simplic. in Aristot. Physicc. vii. fol. 149. B. hæc recitantes. Cf. Porson. ad Eurip. Phœn. 463. Ita scrib. et Ion. p. 534. A. nam Phædr. p. 253. A. recte est ἀρύτωσιν. Conferendus præterea Phileb. p. 62. D. *Μεθίω δὴ τὰς ξυμπάσας ῥεῖν εἰς τὴν τῆς Ὁμήρου καὶ μάλα ποιητικῆς μισγαγκείας ὑποδοχήν.* ΠΡΩ. *Πάνυ μὲν οὖν· μεθεῖνται.* ΣΩ. *Καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν πηγὴν ἰτέον.* Qui locus ita legendus: *Μεθιῶ δὴ—ὑποδοχήν*; ΠΡΩ. *Πάνυ μὲν οὖν.* ΣΩ. *Μεθεῖνται. καὶ πάλιν—*. Cf. ib. E. Boeckh. p. 107.

ἀρυτόμενος] Cf. Valckenar. ad Thom. Mag. p. 150. in Ruhnkenii, Valckenar. al. Epist. ad Ernesti, ed. Tittmann. Ast.

ἐκείνων ζῴη] Ald. ἐκείνων ζώη, Lov. Bas. 1. et 2. ζῴη. Steph. ἐκείνων mutavit in ἐκείνῳ; sed nihil causæ est, cur a vetere scriptura discedamus, quum ἐναντίον æque cum genitivo ac cum dativo construi constet, et ἐκείνων ad verba πόλις, ἰδιώτης et ζῶον ἅπαν respiciat. Stephanus, ni fallor, Cornarium secutus est, qui vertit: *contra penitus ac ille vivet*. Ficinus vero ἐκείνων non expressit, ita hunc locum reddens: *contra vivit infelix*. Ast.

§. 9. οὐ μὴν ἀλλ'] *Verumenimvero, quanquam* (sic vi. 14. p. 770. B. ix. 8. p. 867. A. c. 14. p. 876. D. Parmen. 127. D. Vid. Bergler. ad Alciphr. p. 253.).—Ἀφασία est animi perturbatio et dubitatio, qua quis, quid dicat vel faciat, non reperit, vid. Wyttenbach. Bibl. Critic. v. iii. p. iv. p. 45. Ast.

κάλλιστ' ἀνθρώπων] Vid. c. 5. Ast.

τουσιν ἡδοναῖς καὶ ὕβρεσι καὶ ἀνοίᾳ[u] πάσῃ, τοῦτ' ἐξέβαλεν ὁ νόμος ἡμῶν ἐκ τῆς χώρας ξυμπάσης, καὶ οὔτ' ἂν ἐπ' ἀγρῶν ἴδοις[v] οὔτ' ἐν ἄστεσιν ὅσων[w] Σπαρτιάταις μέλει συμπόσια οὐδ' ὁπόσα τούτοις ξυνεπόμενα πάσας ἡδονὰς κινεῖ κατὰ δύναμιν, οὐδ' ἔστιν ὅς τις ἂν ἀπαντῶν[x] κωμά- III. ii. 204.
ζοντί τινι μετὰ μέθης οὐκ ἂν τὴν μεγίστην δίκην εὐθὺς ἐπιθείη, καὶ οὔτ' ἂν Διονύσια πρόφασιν ἔχοντ' αὐτὸν λύσαιτο, ὥς περ ἐν ἀμάξαις εἶδόν ποτε παρ' ὑμῖν ἐγώ. καὶ ἐν Τάραντι δὲ παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἀποίκοις πᾶσαν ἐθεασάμην τὴν πόλιν περὶ τὰ Διονύσια μεθύουσαν· παρ' ἡμῖν[y] δ' οὐκ ἔστ' οὐδὲν τοιοῦτον.

ΑΘ. Ὦ Λακεδαιμόνιε ξένε, ἐπαινετὰ μὲν[z] πάντ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὅπου τινὲς ἔνεισι καρτερήσεις, ὅπου δ' ἀνεῖνται,

ἐθελήσῃ *s.—[u] ἀνία Ξ.—[v] ἴδης Ξ.—[w] ὅσον Ξ.—[x] ἁπάντων ΑΞf.—[y] ὑμῖν f.—[z] μὲν

καὶ οὔτ' ἂν] Laudat Athen. iv. p. 155. F. Male in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. legitur ἴδῃς, quod Steph. bene correxit; itidem in sequentt. libri illi vitiose exhibent ἁπάντων κωμάζων τί. Ficin. *qui cuidam ebrietate lascivienti obviam factus.* Atque similiter Cornar. hunc locum reddidit. Ceterum prius ἂν ad ἁπαντῶν (*si forte occurrat*) trahendum est. Deinde post οὔτ'—οὔτ', ut solet, οὐδ'—οὐδ' infertur, velut vii. 12. 806. B. ὥστ' οὐδ', εἴ τίς ποτε —τύχη γίγνοιτο, οὔτ' ἂν τόξων—οὔτ' ἄλλης κοινωνῆσαί ποτε βολῆς—δύνασθαι,—οὐδὲ ἀσπίδα—λαβοῦσαι μιμήσασθαι τὴν θεόν. viii. 7. p. 840. A. οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο οὐδ' αὖ παιδός. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 641. et Matthiæ Gr. Gr. p. 886. Ast.

καὶ οὐδ' ἂν—λύσαιτο] Vulgo καὶ οὔτ' ἄν, sensus vero postulat οὐδ' ἄν: *ne—quidem*, ut Schweighæuser quoque monuit ad Athen. Animadv. v. ii. p. 515. Deinde pro λύσαιτο Athen. profert ῥύσαιτο. Sensus est: *nec etiamsi Dionysia temulentiæ prætenderit, a pœna ipsum liberabit.* Ast.

ἐν ἁμάξαις] Schol. Lucian. ad Jov. Tragœd. §. 44. t. ii. p. 140. Schmied. Ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διονυσίων παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ ἁμαξῶν καθήμενοι ἔσκωπτον ἀλλήλους καὶ ἐλοιδοροῦντο πολλά. Παροιμία οὖν ἐκράτησεν ἐπὶ τῶν ὑβριστικῶς χρωμένων τὸ ἐξ ἁμάξης. Scilicet priscorum temporum consuetudinem, fabulas in plaustris docendi (Horat. Ars Poet. 276.) Athenienses in Dionysiis retinuerunt, in quibus viri et se invicem et prætereuntes clamoribus ac conviciis consectabantur. Unde proverbium natum ἐξ ἁμάξης, quod de iis usurpatur, qui palam et libere conviciantur. Demosthen. pro Coron. p. 268. καὶ βοᾷς ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα ὀνομάζων, ὥσπερ ἐξ ἁμάξης. Lucian. Jup. Tragœd. l. l. ὡς δαιμόνων οὐδενὸς ἀνὴρ φείδεται, ἀλλ' ἐξ ἁμάξης παῤῥησιάζεται. Cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 1015. Suid. v. ἐξ ἁμάξης. Harpocrat. v. πομπείας. Erasmi Adag. Chil. 1. Centur. vii.—Ceterum ad εἶδον int. κωμάζοντας μετὰ μέθης vel μεθύοντας e sequentibus. Ast.

καὶ ἐν Τάραντι δὲ] Hæc verba in libris editis male a prægressis puncto separantur. Καὶ—δὲ est *verum etiam, quin imo*, ut infra καὶ παρ' ὑμῖν δέ. ii. 9. 665. B. iii. 4. 12. 14. iv. 3. 11. Theæt. 171. E. Phileb. 13. B. Xenoph. Anabas. iv. 8. 19. 24. v. 4. 10. vi. 3. 19. 25. Œcon. i. 3. xi. 22. al. Vid. Zeun. ad Xenoph. Laced. Rempubl. xiii. 4. et Lexic. Xenophont. t. ii. p. 621.—Tarentum vero dicitur colonia Lacedæmonia, quia Phalantus traditur coloniam Partheniarum e terra Laconica Tarentum deduxisse ibique, incolis veteribus expulsis, regnasse, vid. Strab. vi. p. 426. Justin. iii. 4.—Ceterum Athen. ἴδον—πᾶσαν τὴν πόλιν ἐθεασάμην. Ast.

ἀνεῖνται] Suspicor scriptum esse ἀνεῖται, ea forma, qua quædam impersona-

βλακικώτερα·[a] ταχὺ γάρ σου λάβοιτ' ἄν τις τῶν παρ' ἡμῶν[b] ἀμυνόμενος, δεικνὺς τὴν τῶν γυναικῶν παρ' ὑμῖν ἄνεσιν. ἅπασι δὴ τοῖς τοιούτοις, καὶ ἐν Τάραντι καὶ παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν δέ, μία ἀπόκρισις ἀπολύεσθαι δοκεῖ τοῦ μὴ κακῶς ἔχειν ἀλλ' ὀρθῶς· πᾶς γὰρ ἀποκρινόμενος ἐρεῖ θαυμάζοντι ξένῳ, τὴν παρ' αὐτοῖς ἀήθειαν ὁρῶντι, Μὴ

om pr Ξ.—[a] βλαβικώτερα f.—[b] ἡμῶν ΑΞΩνfh: ἡμῖν s.—[c] ἔθ' v.—[d] ἡ ὑμῖν Ω.—

liter dicuntur, perinde ac si locutus esset: *ὅπου ἄνεσίς ἐστι* vel *ὅπου βίος ἀνειμένος ἐστί*. Steph. Recte habet *ἀνεῖνται*, int. *αἱ καρτερήσεις*: *ubi vero continentia* s. moderatio *negligitur*; *ἀνιέναι* est enim *remittere*, h. e. negligere, ut apud Xenoph. Cyrop. vii. 5. 70. *ἐπιμελετητέον, ὅπως μὴ ἀνήσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν.* §. 75. *οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀλκὴ, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται.* Schol. Thucyd. iii. 10. *ἀνιέντας· ἐνδιδόντας, παρορῶντας.* Ast.

βλακικώτερα] *Stolidiora sunt* (notione adjuncta segnitiæ pravæque negligentiæ), int. quam ut dici possit, igitur, nimis stolida. Sic v. 2. p. 729. A. *οὔτ' αὖ τῇ πόλει ἄμεινον.* Vide de hoc comparativi usu quæ ad Polit. vi. 6. p. 491. B. exposuimus. Ast.

παρ' ἡμῖν] Cod. Voss. *ἡμῶν*, vitiose; *τῶν παρ' ἡμῖν* pendet e participio *ἀμυνόμενος*; verbum enim *ἀμύνεσθαι*, etiam absque præpositione *ὑπὲρ* vel *περὶ*, genitivo jungi solet, ut apud Homer. Il. xii. 155. *ἀμυνόμενοι σφῶν τ' αὐτῶν καὶ κλισιάων Νηῶν τ' ὠκυπόρων.* Thucyd. i. 96. *ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον.—λαμβάνεσθαί τινος* Latinorum est *prehendere aliquem*, increpandi causa. Ast.

τὴν τῶν γυναικῶν—ἄνεσιν] Aristotel. Polit. ii. 7. *ἔτι δ' ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἄνεσις καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας βλαβερὰ καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως.* Bas. 2. *παρ' ἡμῖν*, vitiose. Ast.

ἀπολύεσθαι] Ne quem offendat dictio *ἀπολύεσθαί τινι*, consideret Criton. p. 43. C. *καὶ ἄλλοι, ὦ Σώκρατες, τηλικοῦτοι ἐν τοιαύταις ξυμφοραῖς ἁλίσκονται. ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιλύεται ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ.* Hic est *ἐπιλύεσθαί τινι*, ut ibi *ἀπολύεσθαι τινί*. Ἐπιλύεσθαι *τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν* est *impedire quominus graviter ferunt*. Legg. vii. p. 805. C. *τὸ δ' ἡμέτερον διακέλευσμα ἐν τούτοις οὐκ ἀποσβήσεται τὸ μὴ οὐ λέγειν ὡς δεῖ παιδείας τε καὶ τῶν ἄλλων ὅτι μάλιστα κοινωνεῖν τὸ θῆλυ γένος ἡμῖν τῷ τῶν ἀῤῥένων γένει*, i. e. *non cessabit quominus dicat.* Eodem redeunt disputata acutissime ab Hermanno ad Viger. i. Gr. p. 772. Male igitur Steph. locum Critonis tentavit: quamquam etiam deterius alii interpretati sunt. Boeckh. p. 107.

ἀπολύεσθαι] Notabilis est verbi *ἀπολύεσθαι* usus, haud dissimilis illi verbi *ἐπιλύεσθαι* in Crit. p. 43. C. *ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιλύεται ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ.* Ubi dativum diverse explicant. Et Boeckhius quidem verbo *ἐπιλύεσθαι impediendi* notionem impertit, quæ quomodo in eo inesse possit, haud assequor; eumque Jacobsius in Socrate p. 91. re, ut videtur, non accuratius perpensa, secutus est. Schneider vero in Lexic. h. v. exponit *remittere, relaxare*, quod non magis satisfacit. Ἀπολύεσθαι cum accusativo rei, ut *αἰτίαν, διαβολήν*, est *se liberare a crimine*, h. e. se defendere (ut Apolog. 144. Phædr. 267. D. Thucyd. v. 75. viii. 87. Demosth. Cherson. p. 99. 3. de Rhod. Libert. p. 191. 10. de Coron. 226. 26. 242. 15. al.); sensu tunc, qui dicitur, neutrali cum dativo personæ est *opitulari alicui*, h. e. aliquem defendere ac tueri. Sensus igitur est: omnibus his, quæ apud Tarentinos, apud nos et vos quoque reperiuntur, una videtur responsio patrocinari, ne perperam, sed recte se habere videantur, h. e. ut probetur, non male, sed recte se habere. Et sic etiam *ἐπιλύεται* in Critonis loco laudato intelligendum esse judico. Ast.

τοῦ—ἔχειν] Articulus *τοῦ* ante infinitivum *ἔχειν* consilium (est i. q. *ἕνεκα τοῦ—ut—*) indicat, ut iv. 6. p. 714. D. Ἆρ' *οὖν οἴει—ποτὲ δῆμον—θήσεσθαι*

θαύμαζε, ὦ ξένε· νόμος ἔσθ'[c] ἡμῖν[d] οὗτος, ἴσως δ' ὑμῖν περὶ αὐτῶν τούτων ἕτερος. ἡμῖν δ' ἐστὶ νῦν, ὦ φίλοι ἄνδρες, οὐ περὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἄλλων ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν νομοθετῶν αὐτῶν κακίας τε καὶ ἀρετῆς. ἔτι γὰρ οὖν εἴπωμεν πλείω περὶ ἁπάσης μέθης· οὐ γὰρ σμικρόν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα οὐδὲ φαύλου διαγνῶναι νομοθέτου. λέγω δ' οὐκ οἴνου πέρι πόσεως τὸ παράπαν ἢ μή, μέθης δὲ αὐτῆς III. ii. 205.
πέρι, πότερον, ὥς περ Σκύθαι[e] χρῶνται καὶ Πέρσαι, χρηστέον, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι καὶ Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες, πολεμικὰ ξύμπαντα[f] ὄντα ταῦτα γένη,[g] ἢ καθά περ[h] ὑμεῖς. ὑμεῖς μὲν γάρ, ὅ περ λέγεις, τὸ παράπαν ἀπέχεσθε, Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυ-

[e] σκῦθαι Ξ.—[f] ξύμπαντα add ΑΩυfhχ.—[g] τὰ γένη υfh.—[h] ἅπερ f.—[i] φυγαὶ καὶ om

ἑκόντα πρὸς ἄλλο τι πρῶτον νόμους, ἢ τὸ ξυμφέρον ἑαυτῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ μένειν; vii. 19. p. 816. E. τοῦ μήποτε δρᾷν cet. ix. 14. p. 876. E. τοῦ μήποτε βαίνειν ἔξω τῆς δίκης. Gorg. 457. E. τοῦ καταφανὲς γενέσθαι. Thucyd. i. 23. viii. 14. Xenoph. Cyrop. i. 3. 9. v. 1. 25. Stephan. Append. ad Dialect. p. 181. et Fischer. ad Weller. t. iii. p. ii. p. 25. Ast.

παρ' αὐτοῖς] Pronomen αὐτοῖς respicit πᾶς collective positum, sicuti pluralis post collectivum singulare poni solet, vid. not. ad c. 10. Ast.

οἴνου] Ald. Lov. Bas. 1. et 2. οὐ κείνου, quod Cornar. jam in οὐκ οἴνου mutandum esse viderat. Ficin. *non dico, utrum bibendum sit vinum necne.* Ceterum in Stephan. male scribitur πέρι, quum substantivum, quod a præpositione περὶ regitur, πόσεως, subsequatur. Ast.

